

De Privata Confessione Cum S. Coenæ Usu utiliter citraq[ue] coactionem Conjugenda

Rostochii: Typis Nicolai Schwigerovi[i], [1714]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003440614>

Druck Freier  Zugang



Juvante DEO Pacis atqve Ordinis!

DE

PRIVATA CONFESSiONE

CUM

S. COENÆ USU

utiliter citraq; coactionem

CONJUNGENDA,
præviâ Summè Reverendæ FCtis Theol.
approbatione,

PRÆSIDE

DN. FRANC. ALB.
ÆPINO,

Th. D. & Phil. Ration. Prof. Duc. Publ.

DN. Præceptore suo æternūm
colenda

Anno MDCCXIV. d. XII. Decembr.
publicè disputaturus est

JOH. PET. RÜMKER,

Poserin. Mecklenb. SS. Th. St.

Propter inevitabilem necessitatem disputabitur extra-
ordinariè ab Hora VII. ad X.

ROSTOCHE,

Typis NICOLAI SCHWIGEROVI, Ampl. Senat. Typogr.

11
RP

1714


MK



PRÆFATIO.

DE Confessione privatâ in Ecclesiâ & olim & nuper variè disputatum fuisse, adeò in propatulo est, ut neque tironibus Theologiæ ignotum esse queat. Ecclesia namque nostra, medium sententiam tenens, disputare hactenus habuit, contra Pontificios, ostendendo, Confessionem privatam juris divini aut absolutæ necessitatis non esse; contra Calvinio-Reformatos autem, probando, eam non esse necessario abrogandam, sed liberè retineri posse, ob varias, quas secum fert, magnasqve utilitates. Quæ uti satis superqve evicta hactenus sunt; ita mirati subit, Adversarios candem semper cantilenam repetere, eâdemqve oberrare chordâ. Magis autem dolendum est, ipsâ in Ecclesiâ nostrâ surrexisse, qui, vel solo novitatis studio abrepti, vel singularis sanctitatis affectatione ducti, in istum privatæ confessionis ritum ita invehuntur, ut eundem improbent, damnent, titulisqve ignominiosis traducant, quicquid acerbi in eum dixerint, gloriosum sibi ducentes. Quorum à culpationibus quam solidissimè eum vindicant Venerabilis Academiæ nostræ Senior, Dn. D. Fechtius in *Instrukt. Pastoral. Mser.*, Cap. XIII, & Dn. D. Krakevitzius *In der bescheidenen Untersuchung der neuesten Streit-Fragen vom Beichtstuel.* Speciatim etiam privatam confessionem impugnare solent, qui vel ex præjudicio quodam, vel animi levitate, aut aliis, si non aperte iniquis, parùm tamen sufficiëntibus causis, desertâ nostrâ, quæ DEI gratia est, purâ verâqve Ecclesiâ, ad Calvinio-Reformatorum Cœtum sese conferunt, quasi & ea ipsâ apud nos ejus conditionis esset, ut propterea egredi à nobis non liceat solum, sed consultum etiam atque necessarium sit, quod scilicet habere videantur, quem inexcusabilitate apostolice obtendant, prætextum, Ejusmodi Schedæ nuper rimè etiam, sub splendidissimo quidem Titulo *Lines Ma thematischen Beweises* / durchgehends mit solchen Gründen ausgeführt/ daß es unmöglich seyn wird / etwas dawieder aufzubringen; inter nos sparsæ sunt, in quibus interalia, quæ non parum scandali infirmioribus dederunt, privatæ nostra confessio, ejusqve cum Sacrae Cœnæ usu conjunctio improbatur. Quandoquidem igitur receptissimam in Ecclesiis nostris praxin, quo animo, quâve intentione, Deus, scrutator cordium, novit & judicabit, impugnare, Ecclesiæqve nostræ membris, doctis & indoctis, firmis & infirmis, exosam
teddere

reddere & contemnendam, inò risu ferè explodendam sistere
studuit Celeberrinus dictarum Chartarum Dn. Autor : Operæ
preiūm duximus, in consuetudinis hujus rationem inquirere,
itā tamen, ut ea potissimum respicienda nobis sint, quæ ad im-
putatam illi coactionem respectum habent, atque cum eā con-
nexa sunt. Ubi ego, qui Præsidis in hāc Disputatione munere
functurus sum, palam, præcipue Celeberrimo Dn. Dissidenti,
tellor, me nullius privati interesse causā, sed solius veritatis, de
quā sufficientissimè convictus sum, descendendæ ergo, urque
datum Ecclesiæ memoratis plagulis scandalum, quantum Dñs
concesserit, aliquantulum & pro modulo meo removere cona-
rer, ne forte mihi objiciatur tritum illud : *Laudat venales &c.*
nec, me ob nummum tantum confessionalem confessionis
privatæ suscepisse defensionem, suspicandi causa relinqvatur.
Nam quod abs Serenissimo Principe ac Hero nostro in Acad-
emiā mihi demandatum est munus, confessiones abs me audiri
neque postulat, neque, extra necessitatis casum, permittit.
Imò, quod sèpius feci, Dñ gratias ago, quod tali me officio
admotum non voluerit, ut audiendæ à me essent confessiones,
qui, quam grave, ne dicam periculosem illud sit, à primis studiis
Theologici initis edoctus sum, multorumque Ministrorum
Ecclesiæ de eo querelas sèpius audivi, ut fassos mihi noverim,
scum timore ac tremore accedere ad cathedram confessiona-
lem. Quæ non nisi eum unicè in finem monui, num fortè Dn.
Antagonista hæc nostra ab anticipatis opinionibus ac præjudi-
ciis liberior lecturus sit, quam si quis Ministrorum Ecclesiæ,
quorum munus est audire ac absolvere pœnitentes, confessio-
nis privatæ causam egisset. Ceterum, omnipotentem Dñm,
eujus in manibus sunt corda nostra, supplices imploramus, ut
Ecclesiam suam variis hostium, invisibilium & visibilium, quæ
externorum, quæ internorum, machinationibus concussam &
tantum non dirutam sustentet, protegat ac tueatur, scandalis
quævis avertat, firmos stabiliat, infirmos confortet, errantes in
rectam reducat, & sic omnes in veritate suā servet, propter
unicum Salvatorem nostrum, in sui gloriam,
nostrumque omnium salutem
eternam !



Q. D. B. V.

§. I.



¶ **O**nconfessio peccatorum distingui potest in internam, qvæ cordis ; & externam, qvæ oris est. *Internæ* est, qvâ peccator cogitatione mentis peccata sua agnoscit, agnitaqve non defendit, aut excusat, sed se culpæ potius pœnæqve reum ipse judicat. Eaqve soli DEO fit, qvi solus interiora cordis scrutatur, hominumqve cogitationes intelligit. *Externæ* est, qvâ peccator & agnita peccata sua ore profitetur, seqve ipsum culpæ pariter ac pœnæ reum accusat. Qvæ pro verâ haberi neqvit, nisi ab interiori illâ profecta fuerit. Fit autem ea vel DEO, qvando peccator cura externâ attestatione culpam suam coram DEO agnoscit, ejusqve remissionem qværit ; vel homini, id qvod triplici potissimum modo fieri potest. Aut enim fit læso proximo in particulari, cum , qvi in proximum peccavit, peccasse se agnoscit , atqve profitetur , ut veniam obtineat ab illo , qvem læserat , atqve condonationem. Aut fit Ministro Ecclesiæ , cui pœnitens peccata sua confitetur, contritionem attestatur, & remedium peccati petit : Unde confessio ad medelam alti-

A

qvibus

qvibus nuncupatur. Aut denique fit Ecclesiæ, qvando graviora delicta, postqvam nota facta fuerunt, publicæ deprecationi subjiciuntur, ut scandalum illis datum removeatur: hincque confessio publica, item pœnitentia ecclesiastica audit. Ex ipsis confessionis modis, ceteris sepositis, hoc loco unicè nobis curæ futura est externa illa, qvæ privatim Ecclesiæ Ministro fit, ore externo aliisque pœnitentia signis, qvatenus ea in Ecclesiis nostris recepta viget, & cum S. Cœnæ usu conjungitur. De ea enim qværitur: Num aliquid coactionis illi apud nos subsit, ut jure merito eine Zwang-Beichte vocitari queat?

§. II. Doctrina Ecclesiæ nostræ de privata Confessione ejusdemque utilitate ac necessitate ex Symbolicis illius Libris haurienda est, juxta qvos de doctrinâ nostrâ & praxi iudicium ferri oportet, junctis qvoad hanc etiam Agendis, utidicuntur, seu Constitutionibus Ecclesiasticis. Jam vero in Aug. Conf. Artic. XI. tantum dicitur: *De Confessione Ecclesiæ apud nos magno consensu docent, qvod absolutio, ergo & Confessio, privata in Ecclesiis retinenda sit, quanquam in confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio.* Artic. IV. Abus. p. 27. *Confessio in Ecclesiis apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis & absolutis.* -- *Docentur homines, ut absolutionem plurimi faciant, cum sit vox DEI, & mandato DEI pronuncietur.* Attamen Apol. A. C. p. 159. postqvam constitutionem Pontificiæ Ecclesiæ, qvâ certum tempus confessionis præscribitur, rejecerat ex eâ potissimum ratione, *quia non omnes pariter eodem tempore idonei sunt;* concludendo

dendo addit: Ideò Pastores non cogunt hos, qui non sunt idonei, ut Sacramentis utantur. Et p. 181. hæc leguntur: Nam & nos confessionem retinemus præcipè propter Absolutionem, quæ est verbum DEI, quod de singulis autoritate divinâ pronunciat potestas clavium. Quare impium esset ex Ecclesia privatam Absolutionem collere. Neque, quid sit remissio peccatorum, aut potestas clavium intelligunt: si qui privatam Absolutionem aspernantur. Denique & in Artic. Smalcald. p. 331. sequentia habentur: Cum Absolutio, & virtus clavium etiam sit consolatio & auxilium contra peccatum & malam conscientiam, in Evangelio ab ipso Christo instituta, nequaquam in Ecclesia confessio & absolutio abolenda est, præsertim, propter teneras & pavidas conscientias, & propter juventutem indomitam, & petulanter, ut audiatur, examinetur, & instituatur in doctrina christiana.

§. III. Ordinatio autem Ecclesiastica Mecklenburgica Art. XVII. von der Bekehrung oder Pænitentia, postquam de pœnitentia, ejusque partibus: Contritione ac fide, disseruerat, de confessione & absolutione ita loqui pergit. p. 42. Von diesem Glauben ist zuvor gesagt / daß er das Evangelium / das ist/ die Verheissung der Gnaden anschauet. Und dienet dazu die Absolutio, welche auch das Evangelium den geängsteten Herzen / die Trost begehren/ fürträgt und applicirt. Und spricht / nicht allein andern / sondern auch dir sind deine Sünd gewislich vergeben / so du auff den Herrn Christum vertrauest. Und sollt die Absolution, als die Stimme des Evangelii annehmen. Wie David seine Absolu-

lution anzunehmen und zu glauben schuldig war/
 da Nathan sprach : Der **HERR** hat deine Sün-
 de weggenommen. 2. Sam. XII. Und ist der Befehl/
 Sünden zu vergeben/ ausgedrücket Joh. XX. Wel-
 chen ihr die Sünde vergeben/ denen sind sie vergeben/
 und welchen ihr sie behaltet/ denen sind sie behalten.
 Und Math. XVIII. Wie oft sol ich vergeben? etc.
 Siebenzig mahl sieben mahl. Darumb/ wiewol
 die Leute wissen sollen/ daß Erzählung der Sünden
 in der Beicht nicht nöthig ist/ und niemand sol dazu
 gedrungen werden/ sol dennoch die Privat - Absolutio
 in der Kirchen erhalten werden/ um vieler Ursachen
 willen/ welche alle Betrübte/ Gesund oder Krank/
 begehrten mögen / so oft sie wollen. Und ist
 dieser Brauch etlichen Kirchen nützlich/ daß jede
 Person insonderheit / vor der Communion , die
 Privat - Absolution suchet. In diesem Gespräch
 kan man das junge Volk vom Glauben fragen/
 und unterrichten. Und diesen Brauch wollen wir
 in unsren Kirchen auch behalten. Qvod autem non
 ut à DEO præceptam Confessionem vendit , deinceps
 aperiè fatetur Art. XXI. von den *Ceremonien* , ubi ,
 cum traditiones humanas ritusque verbo divino repu-
 gnantes rejecisset, addit fol. 61. Andere Menschen-
 Satzungen / sind von eusserlichen Geberden und
 Werken / die an sich selbst Adiaphora oder Mittel-
 Ding sind / nemlich die Gott in seinem Wort /
 ausdrücklich weder geboten noch verboten hat / son-
 dern frey gelassen/ daß sie zu guter Ordnung/Zucht/
 Friede / Wolstand und Erbauung der wahren
 Gottseeligkeit in der Kirchen / nach Gelegenheit der
 Stete / Zeit / Personen / und anderer Umstände
 mögen

mögen angerichtet / gehalten / geendert / oder unterlassen werden. Et hūc etiam refert , daß man die Jugend im Catechismo öffentlich examiniret / in der Beicht verhöret etc. Tandem etiam præcautum est, ut ne Ceremoniaæ istæ sv. generatim , sv. speciatim privata confessio , in superstitionem degenerent , aut cum conscientiarum onere observentur , qvando concluditur fol. 64. OTTES WILLE IST/DAß SEIN EVANGELIUM ÖFFENTLICH GEPRÄDET WERDE / UND ERHELT DAZU SELBST GEDIGLICH EHRLICHE VERSAMMLUNGEN. ZEIT ABER UND STUNDEN / LEßT ER DIE PASTORES SAMPT DER KIRCHEN NACH GELEGENHEIT ORDNEN. UND SOL FOLCHE ORDNUNG RECHT VERSTANDEN WERDEN / DAß DIE GEWINNEN DAMIT NICHT VERWIRRET WERDEN / UND DENNOCH DAS PREDIG-AMPT / REICHUNG DES SACRAMENTS/ SAMPTLICH GEBET / UND DANCSAGUNG / ZÜCHTIGLICH GEHALTEN WERDE / UND DAß DAS VOLK GERNE/ UND FLEISSIG DABEN SEY.

S. IV. Hac eum adducta in finem sunt , ut ab initio statim apertissimè constet , qvænam de Confessione , tam in Ecclesia Lutherana universa , qvam in particularibus Patriæ nostræ Ecclesiis , doctrina vigeat , ex qvâ de controversia tractanda judicium ferti oportet. Ut autem èd accuratius in eâdem versemur , nonnulla adhuc de ipso confessionis negotio generalia præsupponenda sunt , &c , ubi opus fuerit , breviter vindicanda. Et qvidem I. Confessionem peccatorum in se , præcisiss circumstantiis , consideratam juris divini esse. Qvod , qvi negare ausit , næ , ille omnem Scripturæ veritatem denegaret ? ut qvæ toties tamqve severè peccata confiteri jubet , confitentium ,

qvæ nobis imitanda , exempla adducit , pericula , neglectum confessionis sequentia , ob oculos ponit , ac confitentibus remissionem promittit . vid . Num . V . 7 . Psal . XXXII . 3 . 4 . 5 . Prov . XXVIII . 13 . 1 . Joh . I . 8 .

9 . 10 . *II. Neque DEO solum immediatè , sed & Hominibus peccata confitenda esse .* Ita enim Jacobus I . 16 . hortatur : *Confitemini invicem alius alii peccata .* Qvod eqvidem nonnulli de sola confessione læsionis & offensionis intelligunt , qvam lædens agnoscere , læsoque confiteri debeat , ad mutuam plationem & reconciliationem , qvalis mandata est Matth . V . 23 . 24 . Verum contextus , etiam qvorumlibet peccatorum confessionem , non læso solum proximo , sed aliis etiam præstandam , indigitari , arguit . Apostolus namqve ægrotis , qvomodo se gerere debeant , præscribit , aliaqve inter monet , tali fraterni amoris candore secum agant , ut alter erga alterum , peccatis non dissimulatis , se fateatur peccatorem , non qvidem ut ab invicem absolutionem petant , qvi scopus Apostoli hic non est ; sed ut alter pro altero apud DEum intercedat , qvo peccata illa , qvæ confessus erat , ei remittantur , siccqve , sublatâ morbi causâ , ipse sanetur . *Conf. Flacius Gloss. & Schomerus Exeg. ad h. l.* Qvomodo cunqve autem Apostolicum istud monitum intelligatur , certum tamen manet , etiam coram hominibus confessionem peccatorum fieri posse atqve debere .

§. V. Supponendum est III. Speciatim Ministerio Ecclesiastico Confessionem peccatorum fieri debere . Probant id Exempla in Scripturis occurrentia , v. g. Davidis , Nathani Prophetæ

phetæ delictum in Bathsebam & Uriam commissum
 confitentis, & ab eo absolutionem obtinentis, 2.
 Sam. XII, 13. Judæorum baptizari cupientium Jo-
 hanni Baptistæ, penitentiam concionanti, pecca-
 ta sua confitentium atque cum absolutione Bapti-
 sum impetrantium, Math. III, 2. 6. Observan-
 dum autem hic est, adduci à nobis ista exempla pro
 confessione peccatorum Ecclesiæ Ministris facta in
 genere & quoad substantiam suam consideratæ, ab-
 strahendo ab omni modo, & circumstantiis omnibus:
 Minime verò, quod usitatas in Ecclesia nostra circum-
 stantias ritusque exinde probare velimus; ne & no-
 bis objiciatur: Man schenkt sich nicht in Lutherischen
 öffentlichen Predigten und Schriften Nathan den Propheten / und Johannem den Täufer zum Exempel anzuführen /
 als wären sie solche Beicht-Väter gewesen / wie die heutige
 in der Lutherischen Kirchen aus dem Papstthum beybehaltene Zwang-Beicht-Vater. Quæ qvidem cavillatio,
 quidni enim scapham scapham dicere liceret? legitur
 Mathem. Bew. p. 35. Ast nullo testimonio, nullo
 exemplo probatur. Censi potius sumus, neminem
 sanæ mentis sive Scriptorum sive Concionatorum Lu-
 theranorum adeò insulse argumentatum investigari ac
 produci posse. Nathanem & Johannem confitentes
 audivisse, ista exempla probant, unde infertur: Mini-
 strum Ecclesiæ confessionem peccatorum audire ac con-
 fitentes absolvere posse. Quando v. Dn. Antagonista
 unde ad circumstantias nostræ confessionis concludi
 opinatur, manifestam committit fallaciam à dicto
 simpliciter ad dictum secundum quid. Unde otiosæ
 plane sunt, ac si citra criminantis suspicionem,
 verum fateri licet, commiseratione magis, quia nimis

aperte , quantum virium præconceptæ opinioneis in animum Dn. Autoris exserant , testantur ; qvam re sponsione dignæ , interrogatiunculæ , qvas , num admirandas ? an verò mirandas ? seqvens pagina accumu lavit : Was hat doch dieser in dem ganzen Leben Dav idis über einen ganz sonderbahren Fall einmahl geschehene Actus , vor eine Ubereinkunft mit dem Lutherischen Beicht Proces ? Hat Nathan in dem Tempel einen sonderlichen Stuel gehabt ? Ist David so oft er das Oster - Lamm essen wollen zu Nathan dort hingegangen ? Hat sich vor einen Sün der einmahl wie das andere mahl angegeben ? Absolution gefordert ? und einen Beicht - Pfennig gegeben ? Hatte sich David diesen erwehlet / und war er hernach bey ihm geblieben ? War Johannes der Täusser ein ordentlich berufener Prediger ? Hatte er seinen Beichtstuel in dem Tempel zu Jerusalem oder sonst in einer Jüdischen Synagoge ? sind die Leute / die zu ihm kamen ihm angewiesen gewesen ? sind sie nach einer gemachten öffentlichen Verordnung zu ihm gangen ? Ist er der einzige Beicht - Vater in der ganzen Jüdischen Kirche gewesen ? wo sind die andern Juden zur Beicht gegangen / die nicht zu Johanni gekommen ? sind die / die zu ihm kamen / öftter gekommen / zum wenigsten / ehe sie das Oster - Lamm gegessen ? Konte ihnen Johannes verbieten / oder hat er ihnen verboten das Oster - Lamm zu essen / wenn sie nicht vorher wären zur Beichte gewesen ? haben sie dem in grosser Urmuth lebenden Johanni einen Beicht - Pfennig gebracht ? haben sie erst angefangen / und eine aufwendig gelernte Beicht Johanni her gesaget ? wo stchet / daß er sie von Sünden an Gottes statt absolviret habe ? u. s. w. Ist durch diese Zuflucht zu so gar ungereimt angezogenen Exemplis nicht offenbahr gnug verrathen / daß man der Schrift wieder das Gewissen miss brauche / eine ungerechte Sache zu vertheidigen ? Quod si non est , nescio , quid sit cum latvis umbrisqve pugnare ? quare subjectæ admonitionis ratio in Cel. Dn. Autorem longè melius quadrat , quam in Ecclesiæ Lutheranæ Doctores , ut eam in seipsum à seipso dictam

dictam merito sit habiturus : O befehret euch ihr armen Leute / die ihr euch mit solchen elenden Zeuge behelfet ! Denn / liceat enim & nobis germanicè loqui , diese dubia des Herrn Gegners sind ja wol elendes Zeug/ das nicht elender seyn kan / wie ein jeder Tyro Logica auch ohne allen Mathematischen Beweis erken- net. Sed missa isthæc sunt !

§. VI. Ad probationem suppositi nostri , unde digressi sumus , revertimur , ipsumque ulterius inde confirmamus , qvia Ministerio Ecclesiastico tradita est à Christo potestas clavium , i. e. jus & facultas , ut reti- nendi , sic & remittendi peccata , Matth. XVI. 19. XII. 18. Joh. XX. 22. 23. Scilicet , uti DEus ipse fidem nobis dat , attamen Ministerium ordinavit , per qvod nos reddit fideles ; ita & ipse peccata nobis re- mittit , sed etiam interveniente hominum ministerio , qvod institutum voluit . Non , qvod DEus non remit- tat peccata sine Ministrorum operâ accedente ; Sed qvod , uti in reliqvis spiritualibus ad salutem nostram facientibus per verbum vocale & audibile nobiscum agi voluit ; ita haud secus , ut infirmitati nostræ con- suleret , de peccatorum remissione nos voluit reddere certiores per audibile verbum , qvo , illius ex mandato , Ministri peccata nobis remittunt . Ita autem potestas Ministerio frustra concessa fore , nisi in actum posset traduci . Traduci autem in actum non posset , nisi illi confessio fieret peccatorum . Psal. XXXII. 3. 5. 1. Joh. I. 8. 9. & confessio atque remissio respectum aliquem inter se habent , uti antecedens atque conseqvens : con- seqvens autem ponî non potest , negato , seu non posito ejus antecedente . Dum igitur Christus potestatem absol- vendi Ministris Ecclesiæ dedit , voluit simul , homines

poenitentes peccata sua istis confiteantur. Verum & contra hanc, quam Ministerio asserimus, potestatem excipi legimus Math. Beweis p. 38. sq. 1.) Qvod solum Ministerium sibi eandem arrogare nequeat, ita ut non, nisi in extremo necessitatis casu, ab aliis exerceri possit. 2.) Qvod minimum impiis Ministris ista potestas nullatenus competit, aut adscribenda sit. Prius probatur, quoniam allegato loco Johanneo non solis Apostolis, sed & reliquis, qui cum illis, quos inter etiam mulieres, esse solebant, ea potestas a Christo tradita. Posteriorius probatur, quia impii Ministri non sunt ejus conditionis, cujus erant, quae istam potestatem Christus largiebatur, tum quia non sunt missi a Christo, sicuti Pater eum miserat, nempe sine omni praेunte vocazione humanâ, immo adversus alios partim ordinariè vocatos Ecclesiæ Doctores & Ministros, partim contra Magistratus in Ecclesiâ Judaicâ tum temporis adhuc verâ, in paupertate, utque gratis doceret ac benefaceret & vitam sustentans ex iis, quæ sponte ei offerebantur, si quid residui, inter egenos distribueret, denique ut agnum inter lupos; tum quia non habent Spiritum S., quemadmodum illi, in quos apud Johannem Christus sufflavit, sufflandoque iis inspiravit Spiritum S.

S. VII. Verum enim verò, qvod prius dubium attinet, difficile probatu foret, Christum omnibus illis praesentibus potestatem remittendi ac retinendi peccata concessisse: nam quæ adducta ratio est, ex sola illocum praesentiâ, aliam namque nullam videmus, ad confessionem hanc omnibus factam nullo modo concludit. Imo verò Christum non omnibus istis singulique potestatem remittendi ac retinendi peccata dedisse, facile

facile intelligitur, quando Joh. XX. 21. 22. conferimus
 cum Matth. X. 5. seqv. vel Luc. IX. 1. seqv. & cum Marc.
 XVI. 14. 15. Nam illis eandem dabat, qvos simùl
 mittebat: mittebat autem, non excluso, qvanquam
 tum absente, Thoma, (agebat enim cum collegio)
 qvos emiserat jam olim, qvosque paulò post prædica-
 tum Evangelii Doctrinam atque baptizatum iterum
 missurus erat, Apostolos. Qvod si autem omnibus
 tum congregatis Dominus isthanc, de qvâ loqvimur,
 attribuit potestatem, oportet, omnes etiam istos ab eo
 missos fuisse, id qvod probari nequit, cum de illis
 taceant Scriptores Sacri, qvorum saltem Lucas in Actis
 mentionem fecisset, siqvidem Spiritus S. plantatæ pri-
 mitus Ecclesiæ historiam, expressis operariorum DEI
 nominibus, voluit descriptam. Qapropter, etiamsi
 concederetur, accepisse illos omnes potestatem remit-
 tendi peccata; id tamen unicè remaneret, accepisse
 eandem illos non pro se singulis peculiariter, sed com-
 plexè, qvatenus Ecclesiam qvandam particularem con-
 stituebant. Ecclesiæ verò, ut reliqua omnia beneficia
 & salutis media, ita & hanc potestatem ex concessione
 Christi radicaliter competere, est, qvod & nos ipsi
 affirmamus. Sed ideo relinqvendum etiam Ecclesiæ
 est jus concessæ sibi potestatis exercitium, cui visum,
 committere, posteaqvm immediata divina vocatio,
 nisi qvis Enthusiasmum apertè profiteri velit, cessavit.
 Dum traditæ sunt Ecclesiæ claves Regni cœlorum, fa-
 cilè intelligitur, collatam in eandem qvoqve esse facul-
 tatem constituendi, per qvos aperiat atque claudat.
 Hisce igitur ordinariè ista potestas competit, qvam
 tamen in necessitatis casu & alia Ecclesiæ Membra,

scubii

sicubi ab illis desideratur, exercere possunt, fatentibus
 Libris nostris Symb. Art. Smalc. p. 353. Et in hoc
 tantum nos concedimus, quantum ne quidem Cal-
 vino-Reformati Laicis concedendum volunt,
 quemadmodum patet Exemplo Baptismi in necessi-
 tatis casu à fœmina administrati. Verum vide-
 mus, & istud nostrum assertum non sine exceptione
 prætermitti. Primum quidem conceditur, Ecclesiæ,
 ut potestate gaudet remittendi offensiones sibi illatas,
 ita & licentiam competere exercitium hujus potesta-
 tis aliis committendi ac demandandi, mox verò
 additur: Aber, wo stehet geschrieben / oder womit wil
 wan beweisen, daß Gott solchen Gemeinden, die aus From-
 men und Gottlosen also vermenget sind, daß die Gottlosen
 die grösste Zahl ausmachen / verheissen habe / daß / was sie
 auf Erden binden / oder lösen werde / auch in dem Himmel
 gebunden / oder los seyn solle? Respondemus autem:
 Es stehet eben daselbst geschrieben/ allwo geschrieben
 stehet / daß keine Gemeinde in der streitenden sicht-
 bahren Kirche ohne Gottlosen sey. vid. Matth. XIII.
 24. sq. it. 47. 48. Sie mögen nun den grössten
 oder kleinsten Hauffen aussmachen. Quid si enim
 impietas potestatem illam auffert à cœtu integro, perin-
 de erit ad hoc, sive maxima, sive minima pars ejus im-
 pietate labore, siquidem non à piis solis, nec à solis
 impiis, sed ab integro cœtu potestas illa in Ministrum
 confertur. Quid? quod tum Ecclesia, ut universalis
 est, omnium minimè isthanc potestatem haberet,
 cum in illâ longe plures sint improbi, quam in sin-
 gulis Ecclesiis particularibus: atque adeò omnis
 plane potestas remittendi peccata ab Ecclesia univer-
 sali æque ac particularibus sublata dicenda foret.

Qvando

Quando Paulus Corinthiis scriperat, ne commiscerentur cum scortatoribus; mentem suam mox ita explicat: *At non omnino cum scortatoribus mundi hujus, aut cum rapacibus, aut cum Idololatris. Alioquin oportet vos ex mundo exire, 1. Cor. V. 9. 10.* Qvis quis igitur, Ecclesiam malos continentem potestate remittendi peccata privatam, sibi imaginatur, aliam eā gaudentem in spatio imaginario extramundano sibi querat, necesse est. Sed & attendendum, ideo Ecclesiae potestatem remittendi peccata concessam esse, quoniam in eā perpetuò futuri sunt peccatores: hi enim si non essent, ecquid ista opus foret? Quò frequentiores autem sunt peccatores, eò frequentius peccata remittenda poenitentibus sunt.

§. VIII. Alteri illi §. Vito. memorato dubio jam dudum inter controversias pietisticas à Theologis factum est, ut taceam, qui jam antea contra Weigelum, Hoburgum, aliosque id genus Fanaticos disputatione, quique contra Donatistas veteres causam Ministerii egerunt, eidem, etiam ab impiis administrato, efficaciam divinam asserendo, vindicandoque, ostendo, illam non à persona Ministri aut qualitatibus dependere, sed ipsi Ministerio inesse vi institutionis divinæ. Neque nunc quidquam novi productum videmus, nisi quod nonnullæ res in se citra omnem controversiam indifferentes adducantur, quasili & illæ Spiritum S. excutiant, quemadmodum causas, cur maxima pars Ministeriorum nostrorum Spiritum S. habere non possit, Math. Bew. p. 40. has allegatas legimus: Wie können es nun solche Prediger verantworten / welche ordentlich durch Menschen berufen / (sc. Dn. Anta-

Antagonista immediatè à DEO missus est ad turbandum Ecclesiam nostram , qvod fortè in Conclusione p. 60. innuere voluit : nos autem rejicimus omnes , qvi immediatam jactant vocationem , siquidem Apostolis adhuc viventibus jam mediatè per homines facta est Ministrorum Ecclesiæ vocatio , Act. VI. 2. sq. Tit. I. 5. qvos legitimè missos & Spiritum S. habuisse , qvis negare ausit ?) in grossen Ehren . Vemptern sijzen / (hoc quidnî liceret , dum munus gerunt omni honore dignum ? v. Phil. II. 25. 29. 1. Tlm. V. 17.) so viel Besoldung haben / daß sie davon allein reichlich auskommen können / daben vor Tauffen / Reich-Begleiten / Reich-Predigten / Fürbitten / Einsegnung / Neu-Jahre-Besuch / und über das / und vergleichen alles / wie auch über alle zufällige Neben-Geschenke / (da jenes alles Gebühren sind) noch so viel Beicht Geld einnehmen / daß sie 10. 20. ja 50. und mehr tausend Rthlr. verlassen. (ignorat profectò Dn. Autor statum , aliquando plus satis miserum , Ministrorum in patriâ nostrâ. Qvodsi verò divitiæ modo legitimo obtentæ Spiritum S. à possessoribus exutiuunt , nonne è contrario nostri divitiis destituti certi de eo esse poterunt ? Cur magis à Sacerdotibus divitibus recedit Spiritus S. , qvam à Politicis ? nam & ipse Dn. Autor dives præmium ab Anglis Batavisqve Inventori machinæ , qvâ longitudinem maris navigantes experiri queant , promissum expectat , qvod ne tanto cum animæ periculo , si oblatum fuerit , accipiat , suâ ex sententiâ perswasum sibi habere debet.) In Wollust und Pracht leben / auf Carossen fahren / (proh , demonstrationem vel qvâvis Mathematicâ ex Elementis Ecclidis , vid. p. 61. multum solidiorem ! ubi igitur edixit Spiritus S. Ex wolle von den Predigern weichen / woferne sie in Carrossen

Carosse fahren ? Bleibet er denn wol bey denen
 Politicis, wann diese sich der Carosse bedienen ?
 Hierinnen wird wol eine Carosse und eine Bauer-
 Chaise gleich viel gelten) ja wol tanzen und Reusche
 sauffen etc. etc. (NB. cum duplii &c. &c. ut probè ob-
 servetur, longè plura alia, qvibus commaculare se Eccl.
 Ministri possunt, vitia superesse , qvalia & pag. seqv.
 per gradationem , cum binâ vice ingeminato : Noch
 mehr/ noch mehr/ insuperque addito : oder so weiter leben-
 der Pfarrer ; enumerantur) bey denen der Heilige Geist
 unmöglich seyn kan / sich die Macht Sünde zu vergeben an-
 massen ? Ad qvæ ut , qvod res est , respondeamus ,
 primùm observandum venit , Ministros nostros , sive
 Impii fuerint sive pii , potestatem remittendi peccata
 sibi non sumere , aut arrogare , sed eandem à DEO sibi
 demandatam & ab Ecclesiâ commissam habere , & ut
 causam ministerialem usurpare. Deinde , ambabus ,
 qvod dicunt , largimur , improbos Ministros non ha-
 bere Spiritum S. inhabitantem & sanctificantem , ut
 qvam ejus operationem repudiant peccatisque proære-
 tis repellunt ; attamen certum manet , habere eos
 Spiritum S. assistentem & illuminantem , cui ejus ope-
 rationi impii non resistunt. Sive , negamus & nos ,
 Impium Ministrum possidere dona sanctificantia : non
 autem denegari ei possunt dona administrantia , quo-
 rum virtute , ut alios actus ministeriales cum efficacia
 divinitus illi adjuncta exerceat , sic & peccata remittit.
 Qvod heic loci probare supervacaneum ducimus , cura
 præter alios , hac ipsâ in Academiâ , peculiaribus Differ-
 entiationibus id solidissimè demonstratum dederint viri ,
 qum in vivis essent , egregiè de illâ meriti , Grünener-
 gus

gius pariter atque Grapius, qviqve hodiè insigni eidem ornamento est, Dn. D. Krakevitzius: qvæ Argumenta qvis priùs evertere debet, qvam suæ contrariæ thesi, utut toties ab aliis aliisqve repetitæ, nostrum assensum promittat. Interim non inficiamur, malos improbosqve dari Eccl. Ministros, qvanqvam maximam illorum partem manifestæ improbitatis accusare temeritatis esse arbitramur. Absit etiam, impietatis illorum-causam agamus, qvam potius deploramus ac detestamur. Ast num incredulitas illorum fidem Dei faciet irritam? Absit. Rom. III. 3. 4.

§. IX. Supponendum IV. est: *Habere Ministerium sibi concessam potestatem remittendi non solum proæretica & notoria, sed omnis generis peccata.* Patet illud ex universalitate dictorum Matth. XVI. 19. XIIIX. 18. Joh. XX. 23. in qvibus expressa est universalitas objecti tam realis, qvam personalis, & potestas remittendi peccata Apostolis, qvorum in officio ac juribus hodierni Ministri successores sunt, simpliciter sine restrictione aut exceptione committitur. Qvî autem Christus illimitatam concessisset potestatem, si exercitium ejus non nisi limitatum esse vellet? At aliter iterum hâc de Materia pronunciatur Math. Bew. p. 42. 43. Ubi qvidem dicitur, Ministerio verisqve ejus membris non denegari potestatem remittendi peccata, licet plurimi Ministri (intelliguntur nim. impii, de qvibus modò dictum) sine omni jure eandem sibi arrogant; mox verò peculiaris annexitur Articulus sub Tit: *Bon der allzuweiten Aufzdehnung de Macht Sünde zu vergeben.* Qvomodo autem justo amplius extendatur illa, ita legimus explicatum: *Das dieje-*

diejenige / die durch offenbare Sünden Christliche Gemüther geärgert haben / schuldig seyn denselben / oder dem / den sie aus ihren Mittel gleichsam dazu bevollmächtigt haben / solche Sünde und ihre darüber habende Reue zu bekennen / und um Vergebung zu bitten; Dieser Gevollmächtigte auch Macht habe im Nahmen der geärgerten Christen ihnen die Sünde zu vergeben / und so denn solche Vergebung auch bei Gott gültig sey / verlange ich nicht zu leugnen. Aber woher wil man dieses beweisen / daß ein Mensch / der ausser muthwilligen und vorsehlichen Sünden lebet ; war Sünde hat und erkennt / daß er Sünde hat / aber nicht Sünde thut / schuldig sey / zur Beichte zu gehen / und sich absolviren zu lassen ? Woher wil man erweisen / daß jemahl eine solche Beichte / und eine solche Absolution in der ersten Kirchen vorgegangen sey ? Woher kommt denn der Zwang / daß man alle Glieder der Lutherischen Kirchen zu dem Beichten nötigt / oder sind alle Lutheraner offenbare grobe Sünder ? Ex quo intelligitur , concedi , Ministrum vice ac nomine Ecclesiae efficaciter , seu ita , ut etiam in judicio divino actus iste valorem habeat , ea remittere peccata posse , qvæ ita in promptu sunt , ut alia Ecclesiae membra scandalum inde acceperint ; negari autem , eò usque se extendere eam potestatem , ut qvoqve alia , ac in specie involuntaria regenitorum peccata remittere queat. Ast uti hoc ipsum jam modò satis probatum est , cum nec alibi Scripturarum aliquam ejus restrictionem investigare liceat ; ita de regenitorum confessione nunc speciatim dispicimus.

S. X. Nimirum V. supponendum est : *Etiam regenitos indigere remissione peccatorum , adeoqve peccata sua confiteri debere.* Regenitum , qvatenus regenitus est , non peccare , imò peccare non posse , ita ut vires in regeneratione collatae principium ac causa peccati essent , certissimum

B

qvidem

quidem manet, 1. Joh. III. 9. haud tamen sine omni peccato actuali est, qvin inhabitans in ipso peccatum, connatum scilicet illud atque habituale, cuius per hanc vitam omnem radix in eo superest, sèpè in actum erumpat, etiamsi illi dominium non permittat, ut irritationibus illius obseqvatur. Regenitus formaliter spectatus evideat non peccat; ast materialiter consideratus ab actualibus etiam peccatis immunis non est. Paulus hosce duos respectus, duplexque illud actionum principium in suâ propriâ personâ accuratè discernebat Rom. VII. Secundum internum hominem (quatenus regenitus erat) delectabat ipsum lex DEI v. 22. Sed videbat etiam aliam legem in membris suis (externum scilicet hominem sive peccatum residuum, carnem,) rebellantem legi mentis suæ, & captivum reddentem ipsum legi peccati, qvæ erat in membris illius, v. 23. Tacemus alia quam multa omnibus omnino hominibus peccata adscribentia Scripturæ loca, qvorum sub universalitate singuli, adeòque ipsi regeniti, subsumendi sunt, ut nemo se excipere ausit, nisi DEum velit facere mendacem, 1. Joh I. 10. Qvodsi igitur regeniti sine peccato non sunt, habent, cuius remissionem petant, qvodque ideo confiteantur, juxta §. IV. Et qvoniā ipsi qvoque opus habent confirmatione fidei de remissione peccatorum, qvæ ordinariè per Verbum obtingit, atque operâ Ministerii, mediante absolutione, qvæ verbi divini est, confertur, juxta §. §. V. VI. reqviritur, ut & ipsimet externam hanc absolutionem petant, adeoque Ministero Ecclesiae peccata sua, quantumlibet involuntaria fuerint, confiteantur, juxta §. IX. Sed verò hoc ipsum est, qvod in confessione nostrâ culpatur & impugnatur **Machem.** Bew. p. 43. **Wohrer**

wil man dieses beweisen/ daß ein Mensch/ der außer mutwilligen und vorseßlichen Sünden lebet/ zwar Sünde hat und erkennet/ daß er Sünde hat/ aber nicht Sünde thut/ schuldig seyn zur Beicht zu gehen/ und sich absolviren zu lassen? Item: Woher kommt der Zwang/ daß man alle Glieder der Lutherischen Kirche zu dem Beichten nöthiget/ oder sind alle Lutheraner offenbare grobe Sänder? Deinde pag. 54. 55. Wenn ein Prediger mir nicht absprechen kan/ daß ich ein sonderlich exemplatisch Leben fähre/ wenn weder er/ noch jemand anders mich einer groben/ einer fortwährenden/ bey aller Gelegenheit wiederholten/ oder einer zwar aus Übereslung geschehenen/ aber noch nicht bereueken Sünde bezüglichen kan/ wenn ich ihm hingegen verstchere/ daß ich in täglicher Buß-Übung stehe/ und mir keiner Sünde bewußt sey/ deren Vergebung ich nicht bereits vor Gott versichert wäre/ und daß ich also nicht den geringsten Triebe/ nicht die geringste Ursache fünde zur Beichte zu gehen/ und nicht die geringste Hindernung hätte/ würdig zum Abendmahl zu gehen/ warum lässt mich derselbe Lutherische Prediger alsdenn nicht zum Abendmahl gehen/ wann ihre Beichte keine Zwang-Beichte ist. Quid? quod pag. 47. Dn. Autor referat, se ultra anni spatium Lutherano cuidam Confessionario loco confessionis hæc talia locutum esse: Wie er sich durch die Gnade Gottes in dem Staude fände/ daß er der Vergebung seiner Sünden/ und der täglichen immer weitern Aufrichtung derselben gewiß sey/ und bloß deswegen zur Beicht gehe/ um der Gewohnheit nachzukommen. Eqvidem, probè memores moniti Christi Luc. VI. 37. judicare nolumus, ne judicemur; interim, ut qvemlibet alium Christianum, ita non minus Dn. Antagonistam studiōse semet explorare oportebat, ne ob nimiam præsidentiam illis annumeretur, qvorum mentio fit Luc. XII. 9. Distinctionem illam inter peccata habere & peccata facere nos nulli rejicimus: at, dari regentos, qvi non faciant peccata, qvæ confitenda, qvorum-

que remissio quærenda esset, probandum fuerat. Neque
 juvare causam adversam potest distinctio inter peccata
 proæretica & talia, quæ $\alpha\pi\gamma\alpha\iota\gamma\epsilon\tau\omega\varsigma$ sunt. Loquimur enim hic de peccatis remissione indigentibus,
 cujusmodi sunt sine exceptione omnia. Ita enim Johannes non solum dixit, fallere semet ipsum, qui dixerit,
 se non habere peccatum, sed & mendacem facere DEum,
 qui dixerit, se non peccasse. 1. Joh. I. 8. 10. Et Paulus, non
 habitare in se, i. e. in carne suâ, bonum, conquistus,
 palam fatebatur, non facere se, quod volebat bonum; sed
 quod non volebat, malum agere, servatâ tamen distinc-
 tione duorum, quæ in homine regenito sunt, agendi
 principiorum, Spiritus atque carnis, Rom. VII. 18. 19.
 Aut igitur Dn. Dissentiens probet, regenitos non pecca-
 re, aut, peccata infirmitatis & ignorantiae regenitorum
 non opus habere poenitentia atque Confessione. Si
 forte excepere, probari à se confessionem DEO faci-
 endam, improbari autem illam, quæ Ministro Ecclesiae fit;
 probare eum oportebit, Ministris Ecclesiae hu-
 jusmodi peccata remittendi potestatem à Christo da-
 tam non esse, cuius contrarium §. IX. ostensum est.
 Et quia omnium, quæ remittere possunt, peccatorum
 confessionem audire illis licet, juxta §. VI. è contrario
 probandum erit, in specie peccatorum involuntario-
 rum, quæ abs regenitis quam diu in regenerationis
 statu persistunt, patruntur, confessionem exigi non
 debere. Quod autem dicitur, DEum istis illa peccata
 remittere; ad hoc responsio ex eodem §. 6. repetenda
 erit.

§. XI. Supponendum est VI. Confessionem
 privatam legitimè in Ecclesiam introductam
 esse, & in nostrâ Lutheranâ retineri.

Largi-

Largimur utique, quod ex omnibus ferè Casuistis nostris cognoscere datur, privatam confessionem non habere mandatum divinum, adeoque ritum esse in se non necessarium, sed indifferentem. Quid? quod concedatur, si quis sine contemtu, & sine studio singularitatis, tantummodo ne conscientiae suæ necessitatis legem imponat, omissâ confessione, ad Sacram Coenam accesserit, ei non esse movendum scrupulum, quasi magnum admiserit delictum, nec communione rectè usus sit: quæ sunt ipsa verba Balduini *Lib. II. Cas. Conscientie Cap. XII. cas. 18.* Hinc etiam non impium ducimus, quod in Ecclesiis Svecicis atque Argentoratensi, forte & aliis, nulla viget privata confessio, neque propter ejus omissionem ipsos Calvinio-Reformatos damnamus, si ex utilitate Ecclesiæ fuerit, eandem apud nos quoque, ceteris tamen paribus, abrogari posse, concedentes. Haud tamen negari potest, eam legitimè introductam esse ab Ecclesiâ. Etenim in rebus ad publicum cultus divini exercitium spectantibus, quæ quo ad substantiam suam fundamentum in Scripturâ habent, quoad modum autem reliquasque circumstantias non determinantur, Ecclesiæ reicta libertas intelligitur, prout è re ejus visum fuerit, circumstantias ordinandi, certumque præscribendi modum, modò hæc ipsa nullâ in parte Scripturæ contrariantur. Idque neminem in dubium vocaturum esse arbitramur, nisi quis omnem in Ecclesiâ ritus ac ceremonias abolitas voluerit, quod idem, ac impossibilia tentare, foret. In V. T. Deus ipse per Leges Ceremoniales, quæ nihil aliud sunt, quam Ordinatio quædam Ecclesiastica inter Judæos, ritus in publico externo cultu observandos præscripterat, manifesto satis indicio, ceremonias ad bonum ordinem

dinem facientes , adeò sibi non displicere , ut ipse præcepit easdem . Imò Paulus Corinthios eò respicere jubebat , ut omnia εὐχημόνες , honestè & decenter (conf. Rom. XIII. 13 .) κακά τίχει , ordine sive secundum ordinationem , fierent . 1. Cor. XIV. 40 . Cujus præcepti , qvoad speciales casus , aliquot rationes in antecedentibus leguntur , generalis autem v. 33 . indicatur , qvia DEus non est Autor confusionis , cuī inordinatè agi placeat ; & finis etiam v. 26 . ostensus est , ut omnia dirigantur ad ædificationem . Licet enim de publico docendi munere speciatim hīc loquatur Apostolus ; nemo tamen non videt , ex ratione ac fine dicti præcepti , ipsum ad omnia , qvæcunque in Ecclesiā obveniunt ad eandemque pertinent , negotia extendendum esse , siqvidem Lex tam latè patet , qvam latè se extendit ejusdem ratio atque finis . Qvia verò in Scripturā N. T. non æqvè ac in V. T. ritus circa mandatos actus cum illis simul præscripti sunt , ceu patet exemplo Baptismi , Cœnæ Dominicæ , publici DEI cultus , aliorumqve ; ultrò inde seqvitur , si decenter ac ordinatè omnia fieri debent , Ecclesiæ reliqtam esse potestatem pro libertate suâ suoqve ex arbitrio de ipsis disponendi , tempus , locum , modum aliasqve circumstantias assignandi , & ceremonias ordinandi , qvas ad ædificationem facere judicaverit , ac sine qvibus ordo in Ecclesiā & decus servari vel planè non , vel non facilè potest . Hæc enim omnia ut accidentalia tantum sunt , ad substantiam istorum actuum haud pertinentia ; ita hī integri manent incorrupti qve , etiamsi in ipsis aliquæ , qvæ est diversa diversorum cœtuum conditio , discrepantia reperiatur . Quemadmodum igitur circa multa alia , v. g. circa Baptismum , qvi qvoad solam substanciam

tiā suā à Christo Apostolis mandatus est Matth. XXIX. 19. circumstantias ritusque certos, (non intelligimus praeclē aut solum Exorcismum Dn. Antagonistæ adeò exosum, sed quos qvilibet, sive nostrā sive Calvino-Reformatā in Ecclesiā, approbat, optimosque reputat ipse) ad ordinem decorumque observandum, determinare Ecclesiæ licitum fuit; ita aut idem circa absolutionem, quæ itidem qvoad substantiam solam à Christo ordinata est, licebit, aut contrarium dissentientibus probandum erit. Hoc verò ullā probabili ratione, ne dicam mathematicā demonstrationē, fieri cum nequeat, necessariò concedendum erit, absolutionem & qvam præsupponit, confessionem privatam legitimè ab Ecclesiā introductam esse. Qyoniam videlicet potestas remittendi peccata in generali Ministris Ecclesiæ concredita est, ecqvid prohibet confitentibus in singulari eadem remitti? Quod publicè juxta Christi institutionem sit, & non habet peculiare præceptum, ut non nisi publicè fiat, cur non idem etiā privatim fieri liceret? Qui in integro cōctui peccata remittere potest, qvidni singulis in individuo qvoque posset? Qvicqvid in se non prohibitum, sed indifferens est, facit autem ad bonum ordinem & decentiam in Ecclesiā, nec non ædificationi, sine superstitione, inservire aptum est, id absque omni dubio legitimè sit ac introducitur in Ecclesiā: qvare & privata confessio legitimè introducta dicenda est, legitimèque in Ecclesiā nostrā retinetur.

§. XII. Verū enim verò, occurrebat & hic, qvod excipi dignum videbatur. Privatam videlicet confessionem non habere mandatum divinum, sed suam ex Papismo originem traxisse. Ita namque Math. Bew. p. 34. legitur: Wer mir den oben beschrie-

henen (Beicht-) Process noch eher als tausend Jahr nach Christi Gebuhr in der Kirche zeigen kan / dem wil ich all mein Vermögen schuldig seyn. Wer aber den Greuel der Verwüstung betrachtet / der in der Römischen Kirche unter dem abscheulichen Pabst Innocentio III. gewesen ist / von welchem der ganze beschriebene Beicht- Vater- und bey nahe der ganze Beicht- Process herkommt / wird leicht ermessen / was von dem ganzen Krahm zu halten sey. Item p. 37. Man bedenke doch / ob es möglich wäre / daß man in allen geistlichen und weltlichen Geschichten von Christi unsers Herrn Zeiten an/ ganzer zwölffhundert Jahr durch / nicht ein einiges Exempel eines solchen Beicht- Vaters mit seinen Umständen und Rechten findeu solte / da von der Zeit Innocentii III. an / da sie erfunden worden / sich so bald häufiger Widerspruch gesunden hat / der auch bis diese Stunde von vielen tausenden / so wider die Päpstische / als wider die Lutherische Beicht- Vater ist fortgeführt worden. Sed aera feriunt id genus obiectiones. Privatam confessionem, quatenus privata est, non esse juris divini, modo concessum; simul autem, non repugnare eam juri divino, probatum est. Qvod autem Seculo XIII. demum sub Innocentio III. inventa sit atque cooperit, neque simpliciter, neque quoad plerasque ejus, qualis nostrâ in Ecclesiâ viget, circumstantias (bey nahe der ganze Beicht- Process) affirmari poterit. Qvantquam enim Concilii Lateranensis sive Romani, dicto sub Pontifice Anno 1215. habitu, Canon 21. circa privatam Confessionem disponat, tali modo eam fieri jubens, qui apud Pontificios observatur, à nostrâ autem Ecclesiâ improbatus est; haud tamen negari potest, ipsam privatam confessionem in se, de quâ loquimur, quibus cum Pontificiâ, quâ tali, nihil rei, nihil commercii est, jam ante in Ecclesiâ usu receptam fuisse. Disposuit de illâ jam Seculo VII. Concilium Constantinopolitano- Trullanum, num prius, sub Constantino Pogonato, sive posterioris, sub Justiniano, ejus

ejus filio, celebratum ? disqvirendi heic locus non est ;
 Can. 102. cujus verba sunt : *Oportet, qui facultatem
 absolvendi & ligandi à DEO receperunt, peccati qual-
 itatem speculentur, & peccatoris promptitudinem ad
 reversionem &c.* Qvæ unà cum sequentibus satis aperte
 arguunt, cum in communi cœtu istud, qvod injungi-
 tur, fieri nequeat, privatam qvandam peccatorum
 confessionem præsupponi, ut vel absolutio vel ligatio sequi
 possit. Ut igitur à longiore interjecto intervallo arces-
 fenda fuisset. Ne verò nobis objiciatur, jam eâ tem-
 pestate Anti-Christum cristas erigere cœpisse, postqvam
 initio ejus Seculi Bonifacius III. Papa Primatum in
 Ecclesiâ, hactenus controversum & ipsi ejus antecessori
 Gregorio M. exosum, ab Imperatore Phoca obtinuerat :
 age, ad præcedentia tempora retrospiciamus, qvæ non
 minùs privatæ confessionis usum attestantur. Provo-
 camus autem ad parallelum Socratis atqve Sozomeni
 testimonium, qvorum ille *Lib. V. Hist. Eccl. cap. XIX.*
 hic *Lib. VII. cap. XVI.* attestantur, tempore Valentiniani
 II. & Theodosii Imperatorum, adeòqve Seculo IV.
 Confessionem privatam, qvam occidentalis Ecclesia
 retinuisset, in orientali abrogatam esse. Jam verò
 abrogari non potest, qvod in usu non est. Et qvì non
 fuisset ? cum ex Origenis, Seculi III. Scriptoris *Homi-
 lia 2. in Psalm XXXVII.* palam sit, pœnitentes non no-
 toria solum, sed & in occulto patrata, imò etiam inter-
 na graviora cordis peccata sacerdotibus confessos fuisse,
 qvæ per hos, qvando id expedire judicabatur, publicari
 solebant, ac pœnitentes peractâ, qvæ ἐξομολογήστεως
 nomine in primitivâ Ecclesiâ celebrabantur, pœnitentiâ
 publicâ, palam absolvebantur. Ejusdem ævi scriptor,
 Cyprianus *Epiſt. 10. & 12. juxta Edit. Pamel.* signifi-

canter etiam hāc de re scribit , ex qvibus aliquā infra
 fortē alleganda erunt. Heic unum duntaxat adduce-
 mus locum ex Lib. de Lapsis p. m. 245. itidem testan-
 tem , omnis generis peccata Sacerdotibus confiteri ve-
 teres Christianos longē ante Papatum solitos fuisse, ne
 fortē excipiatur , Patres de relapsis ad Gentilismum
 tantū loquitos esse. Ita verò scribit : Denique
 quanto & fide maiores & timore meliores sunt , qvi
 qvamvis nullo sacrificiū aut libelli facinore constricti ,
 qvoniā tamen de hoc vel cogitaverunt , hoc ipsū
 apud Sacerdotes DEI dolentes & sempliciter confite-
 ses , exomologes in conscientiæ faciunt , animi sui pondus
 exponunt , salutarem medelam pāris licet & modicis
 vulneribus exquirunt . Nec minus idem ex Tertullia-
 no , jam Seculo II. florente , Lib. de Pēnitentia Cap. X.
 videre est , qvando , Plerosque , inquit , hoc opus , (intel-
 ligit Exomologes in , qvā cum confessio connexa erat)
 ut publicationem sui aut suffugere , aut de die in diem
 differre præsumo , pudoris magis memores , qvam salutis .
 Conf. Rhenani Annot. ad h. Libr. Constat igitur ,
 jamdudum ante Papatum Confessionem etiam noui
 notiorum peccatorum privatam in Ecclesiā viguisse ,
 eamque Sacerdotibus fuisse factam , qvi proinde Sozo-
 meno l. c. οἱ ἀπὸ τῶν μετεργάτων τελαχμένοι πρεσβύ-
 τεροι , Presbyteri penitentibus præpositi , appellantur ,
 nobis autem rectè Confessionarii , Beicht - Väter /
 dicuntur , si non tam vocabulum , qvam rem respicere
 licet . Qvod autem circumstantias & jura illorum
 attinet , ea assignavit illis Ecclesia varie , sicuti hoc jus
 illi competit , juxta S. præcedentem .

S. XIII. Ponamus interim , utut falsum sit ,
 nullam prorsus ante Papatum confessionem privatam
 in

in Ecclesiâ obtinuisse : haud tamen ideo nostra confessio in se culpari merebitur. Allegatus antea Canon 21. Concilii Lateranensis describit Confessionem Pontificiam, & cuiam processus ejusdem ignotus esse potest? Conferatur itaque cum illâ nostra, & cœcum esse oportebit, qvâ multum inter utramque differentiæ se videre negat. In vulgus ferè notum est, distingvenda esse, qvæ ex Papatu sunt, ab iis, qvæ sunt de Papatu. Hæc Anti-Christum produnt; ista verò non item. Ab illis autem, qvæ Anti-Christianismum sapiunt ac de Papatu sunt, repurgavit Ecclesia nostra privatam Confessionem, qvando eam retinendam judicavit. De Papatu autem est, qvicquid statuitur aut reqviritur ab hominibus, qvo affectatus ille Primatus Papæ in Ecclesiâ atque Republicâ sive directe sive indirecte stabilitur, dominium in conscientias Christianorum infertur, superstitionis alitur, verbo: divina humanaqve jura pervertuntur. Ita, ut alia à scopo nostro aliena prætereamus, in Confessione Papisticâ Anti-Christianâ est exactio enumerationis peccatorum, eo sub prætextu, qvod non remittantur peccata, qvæ qvis Sacerdoti confessus non fuerit: qvæ proinde non potest non laqueos injicere conscientiis Christianorum, onusqve imponere, qvod ferre minime valent, Ps. XIX. 13. Anti-christiana est, qvam confitentibus imponunt, satisfactio, detrahens sufficientiæ atque valori satisfactionis Christi. Anti-christianum est, qvod sub necessitatis specie, qvid? sub bruto Anathematis fulmine, saltem semel in Anno, tempore præsertim Paschatos, ab omnibus Christianorum omnium delictorum confessionem reqvirunt. Horum autem, qvod in nostrâ Ecclesiâ privatæ confessioni adjunctum sit, nihil est. Ecce itaque Papisticæ,

in

in quantum Papistica est, confessioni assimilatur? Ast totam, fortè inqves, abrogare debebatis, ut ne ullâ in realiquid cum Papæ Asheclis communionis habere yideremini. Qvæso verò, si communis qvarundam indifferentium rerum usus communionem nos inter & Pontificios arguit, anne omnes ritus, qvos ipsi etiam Calvino-Reformati cum utrâque parte communes habent, tollendi forent? Cur v. g. sacerdotalem benedictionem novorum conjugum retinemus? Cur Patrini in Baptismo admittuntur? Cur S. Cœnam diurno, non nocturno tempore celebramus? Cur conciones ad populum de suggestu habentur? Cur alia qvam multa? Quid? tempa à Pontificiis, anti-christianis hominibus, exstructa, superstitioso Papistarum Religionis exercitio olim non dicata solùm, sed reverâ etiam inservientia, cur patimur, nostraqve in illis Sacra peragimus? Cur non evertuntur potius, diripiunturqve? Aut sane hæc ejusqve generis plura communionem arguant cum Pontificiis, aut non? Si istud, abolenda sunt; si hoc, cur non qvoad confessionem licebit, qvod in aliis licet? Retinuere ista qvoad substantialia etiam Calvino-Reformati, sine ullo cum Pontificiis commercio, siqvidem ad bonum in Ecclesiâ ordinem atqve decorum faciunt, variasqve utilitates habent; Sed eas ipsas ob causas liceat & nobis, sine communionis aut collusionis cum Pontificiis imputatione, privatam retinere Confessionem.

§. XIV. Nam supponendum tandem VII. est: *Confessionem privatam utiliter à nobis retineri, & cum usu S. Cœnæ conjungi.* Qvænam præcipue utilitates ea præstet, jam supra §. II. & III. tūm Libri nostri Symbolici, tūm & Agenda Ecclesiastica

stica Mecklenburgica quod antenius quidem nos docueret
 nihilo tamen minus easdem & hic cum aliis quibusdam,
 quā fieri potest brevitate, percensere juvabit. Ita au-
 tem comparatæ eæ sunt, ut abs nemine accuratiū pensi-
 tante sub specie quādam in dubium trahi possint, quin
 omnium claritate suā oculos perstringant. Nimurum
 per privatam confessionem occasio Ministro Ecclesiæ
 datur propriū nescendi, quorum animarum curam ge-
 rere debet. Potest ipse hoc pacto penitiū inquirere
 in confitentes, externaque poenitentiæ signa, ex quibus
 solis judicare ei reliquum est, solo omniscio DEO
 scrutatore cordium existente, melius in illis animadver-
 tere, quam in publicâ & generali confessione. Occa-
 sionem habet accuratiū inquirendi in prefectus, præ-
 fertim simpliciorum, in Christianismo, eosque institu-
 endi in doctrinâ fidei æque ac morum. Haud dubiè
 etiam majorem in animis illorum virtutem exseret,
 quando singulos ad se accedentes pro cuiusque condi-
 tione in singulari alloquitur, qui pejorem vitam vivunt,
 majori cum severitate monendo obtestando, redar-
 guendo; qui afflicti sunt, aut peccatorum conscientiâ
 anguntur, consolando, erigendo, animum reddendo.
 Quæ enim generaliter & in communī dicuntur, non
 omnes sibi applicant in individuo, partim etiam appli-
 care sibi haud norunt. Si quem aliquod in specie pec-
 catum angat, privatim id Ministro aperire potest, ut
 ejus speciale in quoque impetrat remissionem. Hæc, &
 quæ plura hujusmodi esse possunt, commoda privata
 confessio afferit, ob quæ meritò utiliter in Ecclesiis no-
 stris retineri ac observari dicitur. Et hæc omnia adeò
 clarè eluent, ut ipsi etiam Calvinio-Reformati ea disser-
 teri non audeant, ut potius conscientiæ vi adacti, pri-
 vata

vatam confessionem licitam atque utilem esse, pleno ore fassi nonnulli comprehendantur. Succurrit memoria ex Veteribus notabilis locus Bezae Epist. Theol. XX. p. m. 125. sq. quem integrum, quantumvis paulo prolixiorum, transcribere placet. Ita enim ille: Deinde, et si fides, cuius domicilium sedes est in animo, nunquam possit signis externis penitus certis cognosci propter hominum hypocrisyn, tamen non frustra commenda est, semper in Ecclesiis bene constitutis observata oris confessio, idque tum ipsius Pastoris sacramentum administrantis, tum ovis illius recipientis causa. Nam, quod ad Pastorem attinet, danda illi est etiam atque etiam opera, tum ut canes & porcos, id est manifestos pietatis hostes, tum ut horum mysteriorum ignaros, ac proinde fide destitutos a veris DEI filiis sive credentibus, quantum quidem in se est, distinguat. Nullum autem est certius ejus rei examen, quam, si singuli interrogati de iis, sine quibus fides esse nulla potest, sic Pastori satisfaciant, ut illos bona conscientia judicare possit satis aptos & idoneos esse ad sui ipsorum probationem, sicut inquit Apostolus, probet autem unusquisque se ipsum. Quid si vero, dicet aliquis, hypocrita & simulata est responsio? Nempe nihilominus munere suo functus fuerit Pastor, DEI enim unius est arca illa cordis scrutari & judicare. Prodest autem plurimum hujusmodi interrogatio & responsio ipsis etiam, qui interrogantur, non modo quia periculum quoque est maximum, (sicut in Petri ipsius exemplo apparet) ne quis inani confidentia seipsum fallat, verum etiam, quoniam haec ratione si ignarus deprehendatur, sua ignorantiae maximè illum pudebit. Sin vero satis profecisse comperiatur, sua diligentia laudem referens,

sic magis ac magis ad proficiendum excitabitur. Denique sive ignarus sive sciens ex ore suo deprehendatur, optimè isto examine consuletur ipsius conscientiae, & legitima tanterum Mysteriorum administrationi. Et ne putes, de solis notoriè & præfractè peccantibus illum loqui, p. 127. pergit: *An porrò semel hoc à singulis adultis (ad hos enim unos Cœna Domini pertinet) postulasse sufficiat, si quis fortè roget, respondere non posse in hac re nimium diligentes esse Pastores, quibus etiam curandum sit non modò, ut omnes a Satana adhuc ad Christum convertantur, sed etiam, ne quis adducti sunt, rursus aberrent.* Deinde & illud constat, assiduis stimulis illos etiam indigere, qui currunt quam diligentissime. Quantò magis igitur cognoscendi sunt, quoad ejus fieri potest, & redarguendi, si quos tardos & desides esse merito suspicamur, nedum, ut segniter cum iis agamus, quos penitus torpere ac scipios perdere nobis constituerit? Itaque Paulus & Barnabas Ecclesias quamvis à se bene constitutas revisere & rursus confirmare constituerunt. Et Paulus Galatas rursus parturit, & Timotheum idem monet, ut depositum custodiat, quem etiam vult, non modo alios docere, sed etiam arguere & objurgare opportune & importune, quod mihi quidem commodè & cum fructu fieri sine privato examine non posse videtur, sicut etiam Paulus testatur, se Ephesi tum publicè tum per singulos domos docuisse, quod suum Exemplum Ephesiniis senioribus imitandum proponit. Ex quibus, ni omnia me fallunt, sequitur, approbare Bezam etiam piorum crebrius iteratam confessionem privatam, eandemque utilem pronunciare. Sic & P. Martyr Vermilius *LL. CC. Theol. Class. III. Cap. II. I. §. 28.* rejectâ auriculari Ponti-

Rontificiorum confessione, scribere non dubitavit: Non tollimus utilitatem, quæ ex confessione esse posset, quæ fit homini docto & pio: nempe ut homines consolationem habeant & instituantur, modo libera relinquantur. Unde si confessio ejusmodi, quæ sit libera, nec adigat ad enumerationem peccatorum, alicubi retineatur, nec schisma propterea facimus, modo non constuant peculiarem cultum DEI. Si quis commodum sibi provenire putet, non debet hujusmodi auxilium detrectare. Ex Recentioribus audiemus Maresium System. Theol. Loc. XIII. §. 17. Nec etiam dicentem, improbamus, ut fideles sensu peccatorum suorum pressi, suos Pastores ceu Reconciliationis & Evangelii Ministros adeant, ipsisque conscientiarum suarum vulnera aperiant, consilia & consolationes Verbi Divini ex illorum ore percepturi. Ubi not. a. addit: Nec dubium, quin pondus accedit illis eorum (Ministrorum nempe reconciliationis & Evangelii) consiliis & consolationibus ex sacri ministerii officio & quasi charactere legationis, quæ funguntur pro Christo, cuius respectu ad sui Domini imitationem debent docere & loqui cum autoritate, (anne hic de potestate remittendi peccata loquitur Maresius?) & præsens gratiæ divine auxilium sibi polliceri in illius exercitio. Hæc ideò adducenda videbantur, quò manifestum fieret Cel. Dn. Adversario, non à nostris duntaxat, sed etiam ejus, cuius membrum fieri voluit, Ecclesiæ Doctoribus, veteribus & recentioribus, iisque magnæ apud suos autoritatis celeberrimæ-que famæ, privatam confessionem utilem judicari, ut ea propter legitimè à nobis retineatur ac usurpetur. Qvanquam enim alicubi videri is velit, ac si non totum illud improbet nostræ confessionis negotium, duriora tamen,

tamen, qvæ contra eandem fecit, verba sunt, legenda

p. 33. 34. Was von der Einsetzung Christi des Haupt der Gläubigen / und dem Gebrauch derjenigen Christen/ die un- streitig seine rechte Nachfolger gewesen / sehr unterschieden ist/ hingegen mit der Einsetzung des Pabsts als des Haupt des Anti - Christischen Körpers der Ungläubigen und Gottlosen/ und dem Gebrauch seiner Anhänger sehr genau übereinkommt/ wie ist es möglich/ daß das gut / und Gott wolle fällig seyn Edane ? Um ein merckliches aber wird hierinnen die Schuld der Lutherischen Kirche vergrößert / weil sie keine scheinbahre/ wil geschweigen einige erhebliche Ursachen geben können / warum sie bei ihrem Ausgang aus dem Pabstthum solche Gemein- schaft Päpstlicher Gebräuche nicht abgeschaffet / sondern gar diejenige/ die in Abschaffung derselben viel weiter gangen sind/ verworfen und verkehrt haben. Nec leniora sunt , qvæ

p. 35. habentur. Daz aber jekiger Zeit Gottsfürchtige Leh- rer / die in ihrem Gewissen versichert seyn / daß dieses Zeugniß wieder die Anordnung der Beicht-Väter wahr ist / die Sache mit Unterlassung des Bösen so dran ist/ rathe/ und sie zu einen guten End. Zweck der Orqviren / und also den Gözen zwar nicht auf dem Altar stehen lassen / aber doch noch zur Erweckung einer Andacht etc. mit einer Stelle in dem Tempel bee- ren wollen / befämmert viel gute Seelen mehr als die Päpstli- sche Greuel - Erfindung selbst. Contra qvæ utilitatem privatæ confessionis afferere atqve defendere omnino necessarium erat.

§. XV. Sed specialiter quoque ostendendum erit , Confessionem privatam utiliter cum S. Cœnæ usu in nostrâ Ecclesiâ conjungi , dum Corpus Domini non solet porrigi , nisi antea exploratis & absolutis , ceu loquitur Aug. Conf. p. 27. Id namque est , quod Dn. Antagonistam præcipue tangit & angit. Ubi iterum non dicimus , nos hujus rei habere mandatum divinum , neque afferimus , quod , si uterque actus in se conside- ratur , nemo peccata sua Sacerdoti confiteri debeat , nisi

C

eodem

codem tempore ad S. Cœnam sit accessurus, aut neminem Sacramento Cœnæ Salutariter uti posse, nisi confessio præcesserit. Qvale quid neminem Lutheranorum unquam docuisse, persuasi sumus. Id itaque volumus tantummodo, quod non sine utilitate per Leges Ecclesiasticas apud nos constitutum sit, ut admittendus ordinariè ad S. Cœnam non sit, nisi antea confessus. Posteaquam nimirum hactenus præsuppositum est, confessio nem peccatorum in se de jure divino necessariam esse, §. IV. posse autem eam, imò debere quoque fieri coram hominibus, §. eod. & speciatim, vi concessæ potestatis peccata remittendi, Ecclesiæ Ministris §. V. quibus non graviora solùm, sed & involuntaria regenitorum peccata confitenda, §. IX. hancque Confessionem legitimè in Ecclesiam introductam esse, §. XI. multumque utilitatis habere §. XIV. jam nunc porro dicimus, haud accommodatius privatæ confessioni tempus dari, quam eum homines ad sacram Synaxin accedere intendunt, usumque Sacramenti hujus optimè institui eo tempore, quo homo peccata sua DEO ejusque Ministro confessus est. Et quanquam hi actus conjungendi sint præsertim propter simpliciores ac rudiores in christianâ fidei morumque Doctrinâ ceu supra §. II. Libri nostri Symbolici & §. III. Constitutiones Ecclesiasticae judicarunt; haud tamen, dum à peccatis juxta §. X. immunes non sunt, doctiores & intelligentes, utut piam ceteroquin vitam vivant, habent, cur Sacramento Cœnæ usuri se privatæ subtrahant confessioni, postquam ea legitimè introducta in Ecclesiam est, & horum quoque respectu suam, quæ magna omnino est, habet utilitatem. Hæc verò per ipsas leges Ecclesiasticas injuncta, & in Ecclesiis nostris per tantum temporis observata consuetudo fatis

satisfundamenti habet in dicto Paulino 1. Cor. XI. 27.
 28. 29. Dixerat in antecedentibus Apostolus de fine
 Sacramenti Dominicæ Cœnæ, qvemque usum habere
 illud in utensibus oporteat, nimis in ipsius Domini,
 corpus suum pro nobis tradentis, sanguinemque pro
 nobis effundentis, recordationem seu commemorationem,
 ut edentes panem hunc, quo cum, velut vehiculo,
 corpus Christi nobis porrigitur, & bibentes de poculo
 hoc, quò unā cum vino, quasi vehiculo, sanguis ejus
 nobis præbetur, mortem Domini annunciemus, quò
 Sacra Cœna in memoriam nobis revocet liberationem
 nostram per Christum ē servitute spirituali Diaboli,
 inferni, mortis & peccati, ut hoc beneficium grato
 animo prædicemus atque celebremus, haud secus ac
 Israëlitis Agnus Paschalis comedendus erat in recorda-
 tionem liberationis ē servitute corporali (qvamvis non
 cā solā) Ægyptiaca, ut in ejus Festo ista magnalia DEI
 celebrarent, Exod. XII. 14. 25. 26. 27. Qvo præsup-
 posito, pergit Apostolus indicare, non tamen in omni-
 bus istum, ad qvem instituta, cœnæ finem obtineri,
 qvoniā indigni ad eam accedentes non solum rei
 fiunt corporis & sanguinis Domini, sed & judicium
 sibi ipsis edunt ac bibunt, qvia non dijudicant sive dis-
 cernunt corpus Domini, scilicet a vulgarī cibo ac potu,
 non habentes rationem dignitatis illius, sine debita
 reverentia ipsum sumentes. Ne qvis igitur indignè
 hoc Sacramento utatur, in proprium sui ipsius judicium
 seu condemnationem, hortatur Paulus, ut anteqvam de
 sacramentali hoc pane edat, deqve poculo hoc bibat,
 seipsum probet, accurate semet ipsum exploret. Qvæ
 qvidem probatio sui circa varia versari potest ac debet,
 at de reliquis, qvæ scopum nostrum non spectant, nunc

quidem non dicemus , certi interim existentes , qvemlibet fallorum esse , qvod non inter postrema ejus objecta referenda sint peccata , cum acta de illis pœnitentiâ . Non , qvod non omni die agenda sit pœnitentia , qvod nemo negaverit , qvi se carnem de carne natum esse non ignorat ; sed qvod eo præcipuè tempore , qvo corporis ac sanguinis Christi particeps qvis fieri desiderat , ne judicium sibi edat ac bibat , pœnitentia necessaria sit . Hæc autem peccatorum agnitionem præreqvirit , ad qvam perveniet , qvisqvis in speculo Legis se contemplatus fuerit , actionibus suis cum voluntate divinâ collatis . Qvando verò se peccatorem Christianus agnoscit , agnoscere autem debemus omnes , (qvam enim se recitasse Dn. Autor des Math. Bew. p. 47. gloriatur , formula Pharisaismum Luc. XIIIX. II. 12. descriptum nimis redolet , ac non nisi sententiam Christi v. 14. pronunciatam expectare potest) meritò ista remedia qværit , qvæ contrà in Scripturis ei ostensa & per legitimas Ordinationes Ecclesiasticas commendata sunt , meritò , inqvm , privatâ confessione depositâ , absolutionem sibi in individuo applicandam qværit ac petit . Imò verò , dum maximam partem , præsertim in pagis , rudiiores & simpliciores , tales qvippe plerumqve esse solent inferioris conditionis homines , constituunt , utile est , qvod hi etiam separatim & singuli de peccatorum magnitudine , de pœnitentiæ seriæ necessitate , de Christi pro peccatis hominum satisfactione , de fide Christi meritum apprehendente , ejusqve per Sacramentum Coenæ ob-signatione , de dignitate hujus Sacramentii dignoqve ejusdem usu , de necessariâ vitæ emendatione , & qvæ cum his connexa sunt , admonentur ac instituuntur . Et qvanqvm doctioribus hæc non ignota sint , egent

egent tamen & illi confirmatione fidei , solatio contra dolores ex peccatis conceptum , adhortatione ad ultiorem in vitâ Evangelio dignâ progressum , nisi dicere velis, eos neque conciones audire , neque verbum legere in sui ædificationem ulterius opus habere. Hæc igitur omnia utilia, imò necessaria sunt. Qvandonam autem fieri debent ? Equidem oportet Ministrum Ecclesiæ prædicare sermonem , arguere , increpare , exhortari cum omni lenitate & doctrinâ , adeòque instare , tempestivè & intempestivè , 2. Tim. IV. 2. Interim certum aliquod præ aliis tempus determinare , qvo Ministri hoc suo officio præcipue fungantur, ipseqve homo salutis suæ cupidus illis isto erga se munere fungendi occasionem det, penes Ecclesiam esse , negari nequit , nisi fortè omnem illi actionibus sacris ordinem , modum tempusqve præscribendi potestatem ademptam qvispiam velit. Intuitu autem istarum utilitatum, & qvod ad sui probationem , decentemqve præparationem confessio faciat, ipsa Antiquitas eam cum S. Coenæ usu conjunctam voluit. Haud obscurè enim illud eluescit ex laudatis S. X. Cypriani Epistolis , qvarum in priore scribit : *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pænitentiam justo tempore , & secundum disciplinæ ordinem ad Exomologesin veniant , & per manus impositionem Episcopi & Cleri jus communicacionis accipiunt ; nunc crudo tempore , persecutione adhuc perseverante , nondum restitutâ Ecclesiæ ipsius pace , ad communicationem admittuntur , & offertur nomen eorum , & nondum pænitentiâ aetâ , nondum Exomologesi factâ , nondum manu eis ab Episcopo & Clero impositâ , Eucaristia illis datur. Posterioris verba sunt : Nam cum in minoribus delictis , quæ non*

is Dominum committuntur, pœnitentia agatur iusto tempore, & Exomologesis fiat inspecta vita ejus qui agit Pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab Episcopo & Clero manus fuerit imposita, quanto magis in his gravissimis & extremis delictis cautè omnia & moderate secundum disciplinam Domini observari oportet. Loquitur de eo, quod lapsi, anteqvam pœnitentiâ actâ absolutionem à Ministeris acceperint, ad S. Synaxin admittendi non essent, utiturque ad hoc probandum inter alia argumento à minori ad majus: multò nempe minus, qui gravissimum abnegationis delictum commisere, Eucharistiæ sine prægressâ absolutione participes fieri debere, quoniam ad illam sine hac non admittuntur, qui minoribus se polluere delictis. Ecce igitur absolutionem ante S. Cœnæ usum reqvistikam! Si autem absolutio, ergo & confessio, cum ista sine hac locum non habeat, quandoquidem relata sunt, quæ sunt simul naturæ. Nec minus Beza §. XIV. allegatus locus plus satis aperte testatur, reqviriere ipsum confessionem ante Cœnæ usum, vel saltem fateri, istam cum hoc utiliter salutariterque conjungi. Nullum itaqve, quod fundamenti ac solidæ rationis quidpiam habet, dubium remanere potest, quin privata confessio utiliter in Ecclesiam sit introducenda, recteque à nobis retineri, & cum S. Cœnæ usum merito conjungi.

§. XVI. Nihilominus apertam hanc veritatem evertere omnibus viribus allaboravit Celeb. ejus Dn. Adversarius, non uno, quo eandem subruat, argumento usus. Et primùm quidem, quæ de confessionis privata utilitate in genere dici solent, & à nobis §. XIV. dicta sunt, aliquot exceptionibus elidere conatus fuit, quarum prima

prima Math. Bew. p. 46. hæc legitur : **D**arum be-
lennæ bescheidene Lutherische Theologt gern (& cur non fate-
rentur omnes?) daß solche Beichte ein blosses (nempe qvoad
circumstantias, minimè verò qvoad substantiam, ceu
S. 4. 5. 6. & 9. ostensum) institutum humanum sey / und
deswegen mit recht möge behalten werden / weil man bey dem
ohne das gnug zerrütteten Zustande der Kirche noch in der
Beicht die beste Gelegenheit habe / die Unwissenden lernen zu
lernen / und zu unterweisen / damit sie nicht wie das Vieh zum
Lisch des Erra ließen. (Qæ omnia certa sunt atque
vera , imò verissima : nihilominus etiam contra mo-
destos illos Cel. Dn. Antagonistæ excipere placuit :)
So guten Schein aber solches hat / so wenig wird es in der
genauen Probe gültig besunden. Denn etsilich / wenn die
Beichte schon dazu dienen könnte / so dienet sie in der Thät doch
nicht dazu / deun daß es jetzo in der Lutherischen Kirche unwis-
sende und unwürdige Communicanten zu vielen tauenden
gebe / und daß indessen jedermann zum Abendmahl gelassen
werde / daß es ein gar rares Exempel ist / wenn einmahl einer
in vielen Jahren / der es gar zu grob gemachet hat / aufgeschlos-
sen wird / das wird ja niemand zu läugnen sich unterstehen.
Vel sola hæc ratiocinatio testatur , Cel. Dn. Autorem ,
quia Mathematicis demonstrationibus suo in studio ac
functione adsvetus est , animum ita præoccupatum gere-
re , ut qvasvis à se inventas ratiunculas , utut earum im-
becillitas vel primo intuitu omnium oculos feriat , pro
Mathematicis demonstrationibus reputet , imò & aliis ,
ut tales ab ipsis habeantur , persuadere conetur , quasi
nullus exceptionibus adversus easdem locus relinqvatur.
Vult nempe , privatam confessionem in Ecclesiis nostris
abrogari debere , vid. p. 34. qvando autem contrà
Theologi nostri ejus conservationem svident , ut melior
occasio sit Ministris Ecclesiæ rudes instituendi ; putat
sufficere ad abrogationem , qvòd iste ejus scopus actu
non obtinetur. **H**os autem si ad eam sufficit , anne sic

totum Ministerium abrogandum erit, vel in ipso etiam
 Calvinō-Reformatorum cœtu? Institutum est illud
 ad ædificationem hominum, ut credant æternumque
 salventur, Marc. XVI. 15. 1. Cor. I. 21. Eph. IV. 11. lqv.
 Quodsi jam dicatur: Etiamsi Ministerium huic fini in-
 servire possit, reverā tamen non inservit, sicutidem,
 hodiē in Ecclesiā, Reformatā non minus ac Lutheranā &
 Pontificiā, multa millia ignorantium, incredulorum,
 improborum & salute æternā excidentium dari, nemo
 negare ausit; num inde statim seqvitur, Ministerium
 ipsum abrogandum esse? Leges civiles abs Imperante
 feruntur, ut cives suum quisque officium facientes
 tranquillitati civitatis conservandæ studeant: veru-
 tamen experientia docet, à multis patrari, quæ tran-
 quillitatem istam turbent: ergo leges ferendæ non
 erunt, quæ autem latæ jam sunt, tollendæ & abrogan-
 dæ. Neque videmus, quomodo simpliciter negari
 queat, confessionem privatam non inservire institutioni
 consitentium? Esto, quosdam Ministerorum suum in
 hoc negligere officium, non tamen de omnibus ipsum
 temerè affirmandum erit, cum multis piis ac fidelibus
 operariis in vineâ Domini hoc pacto injuria fiat. Si
 autem vel indociles doctrinam non æqvè capiunt, vel
 refractarii admonitiones spernunt, id non magis Mi-
 nistris Ecclesiæ imputari potest, quam Academiarum
 Doctori, quod non omnes suos Auditores æqualiter
 doctos reddit; aut Magistrati, quod non omnes sub-
 jecti legum æqvè sunt observantes. Sed excipitur, tales
 ad S. Cœnam admitti non debere. Verum enim verò,
 si ad cognitionem doctrinæ hâc exceptione respicitur,
 non requirit Deus in omnibus Christianis æqualem
 notitiæ gradum, 1. Cor. XII. 29. adeoque sufficit, si in
 fun-

fundamentalibus primariis fidei articulis satis sint instituti, qibus majorem notitiam ingenii incapacitas denegavit. In specie, informati esse debent, ut peccati fœditatem ac reatum agnoscere, ac remedium contra illud in Christi merito qvætere valeant. Id qvæ edocti nunquam fuere, non esse ad Cœnam admittendos, & ex rei naturâ patet, & à Constitutionibus Ecclesiasticis injungitur. Si qvis Ministrorum contrâ fecerit, nos eqvidem illum excusatum non volumus, qvæ suæ administrationis rationem DEO reddere teneatur: ast in contemptum Ministerii, qvæ ceteroq; satis gliscit, unius alteriusve negligentiam omnibus, vel saltem indefinite imputare non audemus. Sin autem exceptio ista vitam respicit communicantium, attendendum est, Ministrum Ecclesiæ de interno animo judicare non posse. Etiamsi noverit, aliquem peccatis inhærere, qvando tamen ille eadem à se agnosci dicit, dolorem testatur, remissionem petit, vitæque promittit emendationem, tum ut Ministrum Evangelii erga eum se gerere debet, & ex verbis ejus eum judicare. Urgenda qvidem lex est, peccatorum gravitas ob oculos depingenda, adhortationes ad seriam vitæ emendationem adhibendæ, ostendendum, omniscium DEum non falli, & qvæ ejusmodi plura, pro cuiusq; vitâ, quantum Confessionario notum est, proponenda illi sunt; minime verò absolutionem ipsi tum denegare potest, ut pote qvæ Evangelii pars est, ad qvod prædicandum missi sunt N. T. Ministri. Dicitur enim Ministerium eorum, Ministerium reconciliationis. 2. Cor. V. 18. in quo DEus in ipsis posuit verbum reconciliationis v. 19. At ne sic qvidem dimitimur, sed nova iterum in promptu exceptio est, legenda pag. 47. Ist es aber wahr/ daß man

man um solchen Endzwecks willen die Beichte beybehält / warum behält man das auswendig sagen der Beichte / und die unbedingte Absolution ? welche beyde weder zur Unterweisung noch zur Prüfung der Beichtenden etwas thun. Nemo unquam dixit , quantum qvidem nos scimus , confessio-
 niem privatam soli informationi & probationi con-
 tentium inservire , & propter eam solam retineri debere ,
 sed illam hisce occasionem dare afferimus. Primarius
 autem Confessionis scopus est , ut confitens peccata sua ,
 quemadmodum apud nos moris est , vel generatim , vel
 quædam speciatim , prout cujusque conscientia postula-
 verit , confiteatur , pœnitentiam testetur , atque remissio-
 nem petat , quod , impetratâ per audibile verbum abso-
 lutione , in fide de remissione peccatorum in conscienc-
 tiâ suâ certior fiat. Hoc ut fieri possit , Lutherus ipse
 formulam quandam præscriptit , quâ uti simpliciores
 possent , ut qui alioquin verba facere non norunt , eam-
 que generalem quandam omni ætati , sexui , statui &
 conditioni hominum congruentem. Nihilominus
 cuivis relictum est aliis uti verbis ab istâ formulâ rece-
 dentibus , suæque personæ accommodatis , modò sensus
 maneat idem , quem confessionis finis requirit. Hinc
 etiam Lutherus in Catechismo minori , speciminis ergo ,
 aliam servis & ancillis , aliam Hero & Heræ confessio-
 nis formulam , habitâ status utrorumque ratione , com-
 mendavit. Et vix erit inter cultiores , qui isti præcise
 formulæ se adstringat , prout vel libelli precatorii in usu
 S. Coenæ (die Communion-Büchlein) magno nu-
 mero existentes , edocere possunt , dum & aliae in iis
 formulæ formantur , ad istam abs Luthero præscriptam
 quasi necessariò adhibendam neminem obligari.
 Quare & absurdus Minister Ecclesiæ foret , qui hanc
 præcise ,

præcise, nullâ aliâ admissâ, à confitentibus confessio-
nis formulam exigere vellet. Absolutionem qvod
attinet, non qvidem in eam nos hic immiscebimus
controversiam, num absolutio verbis conditionatis,
an vero Categoricis pronuncianda sit? de qvâ aliâs
nostrates inter Theologos non convenire, constat. Id
tamen certum est, absolutionem omnem, quantumlibet
non formaliter, virtualiter tamen conditionatam esse,
prægressam scilicet confessionem respicientem. Idqve
adeò clatum videtur, ut vel proverbium, quo vulgus ut
solet, inde enatum videatur: *Wie einer beichtet / so
wird er auch absolviret.* Multi hinc in Ecclesiâ nostrâ
Ministri expressè conditionatâ utuntur formulâ abso-
lutionis, qvam & à parte Ministri tutiorem, & à parte
absolvendi utiliorem, salvâ interim saâ cuilibet senten-
tiâ, arbitramur. De cetero, utut sit de formulâ abso-
lutionis, non tamen obtinet Dn. Dissentiens, qvod in-
tendit, qvia absolutionis primarius scopus non est in-
formatio & probatio, sed remissio peccatorum actualis.
Qvare & istud dubium impertinenter adductum est,
committens, ut multa ejus alia, fallaciam ignoratio-
nis Elenchi.

§. XVII. Altera contra assertam privatæ con-
fessionis utilitatem exceptio eodem loco p. 46. habetur:
Zum andern / wann die Beicht schon zu solchem Ende dienen
könne / so wäre doch zu untersuchen / ob denn nicht andere An-
stalten damit zu machen wären / die weniger Übereinkunft mit
des Pabstis Anti-Christischen Beichtstuel hätten. Sufficit,
nihil remansisse in nostrâ confessione, qvod papisticum
sit: Unde nec ea propter aliquâ circa eam mutatio
luscipi debet, né cum Pontificiis nobis consortium in-
tercedere videatur. Pluribus hac de te jam supra §.
XII.

XII. XIII. dictum. Qvanquam non diffiteamur, non nunquam in confessione obvenire, vel Confessionarii vel confitentium culpā, qvæ correctionem & emendationem postulent atqve exspectent, non tamen ideo totum istud negotium damnandum est aut rejiciendum. Possunt res sanctissimæ qvæqve indignæ ac contra debitum modum tractari, & nihilominus retineri illas oportet. Qvoties non ab irrisoribus profanoqve vulgo sanctissima Scriptura: Sacrae verba in ludibrium adqve risum movendum impie usurpantur: annè verò ideo cogitandum est, qvomodò, erupta ē manibus hominum Scripturā, aliā ratione informari possint, ne ipsum fiat per illud verbum, qvo alii tam sæpe, tamqve perpetram abutuntur, ne cum ipsis communionem qvampiam alere videamur? Esto, meliorem rationem instituendi ac præparandi homines ad dignum S. Coenæ usum inveniri posse; interim confessione utendum est, qvæ in se nihil iniqvl continet, istiqve fini satis apta est, nec sine infirmorum scandalō facile abrogari potest. Imò ferè dixerim, haud facilè meliorem istum finem obtinendi rationem dari. Nam probari non potest, in ipsis cœtibus, in qvibus privata confessio non viget, meliores Christianos, sive qvoad scientiam, sive qvoad vitam, dari. Et frustranea est illa comparatio: Nun kan man nicht sagen daß in der Reformirten und andern Kirchen mehr oder grôbere Unwissende und Unwürdige admittiret würden / als bey den Lutheren / die doch nichis der Pâbstlichen Geichte ähnliches haben / warum brauchen wir nicht lieber ihre Cantelen. Hæc, inqvam, comparatio nullatenus sufficere potest, cum de eo non qværatur, an p'ures magisqve indigni ad S. Coenam admittantur in Reformatâ, qvam nostrâ Ecclesiâ? sed probandum fuerat, in Reformatâ Ecclesiâ pauciores, & in nostrâ plures

plures dari indignos communicantes, idque præcise à privatâ confessione dependere. Alias enim inverte hoc qvicqvid ratiocinationis est, omni jure poterimus: Man kan nicht sagen / daß in der Lutherschen Kirchen mehr oder grüber Unwissende und Unwürdige admittiret würden / (ecquis enim hoc probandum in se susciperet ? qualique inductione ipsum præstaret ?) als bei den Reformirten / da wir doch / zwar nicht die Päbstische / doch eine Privat-Beichte haben / warum brauchen die Reformirten nicht lieber der Lutheraner ihre Privat-Beicht ? Si dixeris , non esse eam à DEO præceptam ; respondemus , neque esse ipsam divinitus prohibitam , & non repugnare verbo divino , sed in illo , juxta superiora , satis fundamenti habere.

§. XVIII. Qyando §. XV. Confessionem cum S. Coenæ usu utiliter conjungi , ex 1. Cor. XI. 27. sqv. probavimus , hoc Argumentum tanti visum Dn. Antagonistæ fuit , cui evertendo peculiarem impenderet Articulum X. cuius hæc primaria Thesis : Es sündigen auch Lutheraner mit ihrer Anstalt des Beichtens wieder die Worte des Apostels Pauli / 1. Cor. XI. 28. Ne igitur commissæ petitionis principiis accusemur , vindicandum illud nostrum argumentum à prolatis exceptionibus erit. Et initio qvidem singularem videmus propositam verborum v. 26. de fine Sacramenti Coenæ p. 50. interpretationem. Erstlich erfodert der Apostel in dem 26. vers von den Communicanten / daß sie jederzeit bey dem heiligen Abendmahl des HErrn Todt verkündigen sollen. Verkündigen heisset / andern etwas fund und wissend machen / was ihnen noch nicht bekannt und wissend ist. Daraus erhellet / daß hic der Apostel Paulus keine andere Erzählung der Geschichte des Leydens Christi versteht / weil bey dem Abendmahl niemand zugegen war / dem solche Geschichten nicht wären sattsam bekannt gewesen. Muß demnach solches verkündigen des Todes Christi etwas

etwas anders auff sich haben. Da man aber schwerlich etwas anders / oder schicklicher wird ausdenken können / als daß ein jeder Communicant habe eröffnen und vorstellen müssen / was seit der lebt vorhergehenden Communion der Tod Christi an ihm vor weitere Kraft und Würdung in der Lödtung des alten Adams erwiesen / u. s. w. Non videmus , cur non etiam enarrationem historiæ passionis Christi Paulus heic intelligere potuerit. Scribebat enim hæc in Ecclesiâ plantandâ , ubi annucianda erat ipsa de Christo historia , ut pote cuius plerique tum adhuc ignari existebant. Hortabatur itaque Corinthios , ut Sacramento utentes Christi , qui suum illis corpus edendum , sanguinemque bibendum dabat , recordarentur , operamque , quantum in ipsis , adhiberent , quod & aliis ignaris , quantum beneficij ipsis Christus peperisset , hocque epulo ejus participes illos reddidisset , innotesceret. Licet igitur iis , qui in Ecclesiâ Corinthiacâ communione sacrâ fruebantur , satis nota erat illa historia , ab illis tamen & aliis annucianda erat. Sed hic quidem eo tempore specialis scopus erat , qui non tollit generalem , etiam in Ecclesiâ plantatâ obtinendum , usque ad extremum Christi in judicio adventum. Et nunc quamvis historia passionis nota sit omnibus , quotquot ad S. Synaxin admittuntur , cum etiam in pueritiâ eadem illis proposita fuerit , nihilominus etiam ab hisce annucianda mors Christi est. At verò contrà dicitur , annuciare esse alteri rem hactenus ignotam notam facere : quoniam itaque Christianis adultis omnibus historia mortis Christi incognita non est , non posse eos eandem sibi invicem facere notam. Hinc igitur annunciationem mortis Christi aliud quid significare , nec facilè aptius quidquam excogitari posse , quam quod singuli S. Coenâ utentes annuciare seu enarrare debeant , quid inde ab ultimâ

ultimâ ejus fruitione mors Christi in ipsis efficaciter ad mortificationem veteris Adami operata sit : Ut ita, juxta hanc explicationem, mors Christi per Metonymiam causæ pro effectu dicatur, atqve intelligenda veniat. Verum enim verò, nobis immota stat regula, qvæ præcipit, ne à proprietate literæ recedatur sine urgente necessitate, præsertim qvidem in hâc re, ubi de testamento Salvatoris agitur, de qvo Scriptorem *Θεόπνευστον* impropriè locutum esse, ne qvidem verosimile fit. Imò nec contextus aliam, qvam propriam mortis Christi significationem, in hoc loco admittit. Repetierat enim Paulus verba ipsius Christi Sacramentum instituentis unâ cum fine ab eo ipso intento & expresso Luc. XXII. 19. ut fieret in ejus recordationem. Qvæ recordatio qualis esse debeat, explicat Paulus, ut scilicet mortem Salvatoris annunciemus. *Ἀγάμυησις* enim non solum internam denotat recordationem, sed & commonefactionem, qvæ ex illâ oritur & conjuncta cum eâ est. Conf. Ebr. X. 3. coll. Levit. XVI. Item Marc. XI. 21. 1. Cor. IV. 17. & talem hic commemo rationem mortis Christi Apostolum requirere, patet ex particulâ *γὰρ*, qvâ hæc ejus verba cum verbis institutio nis connectuntur. Habet enim ea hoc loco vim decla randi mandatum Domini de celebrandâ S. Cœnâ in sui recordationem, ut nempe eâ fruentes tum apud se mor tis Christi verâ fide recordentur, tum & apud alios prædicent, ac pro morte suâ Salvatori gratias agant. Ita nullus hic tropus locum invenit, sed ipse scopus ac contextus pro propriâ militat significatione. Frustre nea igitur est exceptio : Verkündigen heisst/ andern etwas bekannt und wissend machen / was ihnen noch nicht bekannt und wissend ist. Ecce enim non jam ante nota alicui annun ciari

ciari possent, ut eorummet excitaretur recordatio? Præterquam quod, non nudè historicam mortis Christi annunciationem hīc reqviri, modò ostensum est, certè occurrens in laco nostro verbum καταγγέλλειν non ubique rei tantum ignotæ denunciationem denotat, ceu manifestum est ex Rom. I. 8. 1. Cor. IX. 14. coll. Luc. X. 7. Phil. I. 16, 18. coll. v. 15. Col. I. 28. coll. v. 25. Formavit ipse Dominus Autor Mathem. Bew. p. 11. Regulam: Ein Derivativum kan keine Bedeutung haben die seinem primitivo nicht zufömmt; ut intelligamus, primitivorum & derivativorum eandem esse significationem. Oportet igitur verbum καταγγέλλειν eandem habere significationem cum substantivo αγγελία: hæc verò vox num etiam 1. Joh. III. 11, annunciationem rei hactenus ignotæ denotet? audire avemus. Qyandoqvidem verò, juxta probata, Paulus non annunciationem mortificationis veteris Adami in nobis, sed ipsius mortis Christi, quam pro nobis subiit, in communicantibus reqvirit, ex eo intelligitur, indignè participare Sacramentum corporis Christi, qui mortem ejus debitè non annunciant, ideoqve eos oportere, ut, anteqvam ad illud accedant, se accurate probent. Ast verò hic nunc objicitur, ad istam probationem non tamen exigi confessionem privatam, prouti verba Mathem. Bew. p. 51. sonant: Wäre nun zu solcher Vorbereitung ein solches beichtgehen erfodert / oder wenigstens nützlich besunden worden/ so hätte der Apostel nicht ümhin gekonnt/ davon Meldung zu thun / sonderlich / weil an andern Stellen so gute (forre legendum est: keine so gute) Gelegenheit dazu ist. Es wird auch niemand eine scheinbare Ursache angeben können/ warum der Apostel solches so gar mit Stillschweigen übergangen hätte. Aber er zeigt uns bloß diesen Weg der Vorbereitung: Der Mensch aber prüfe sich selbst etc. Ad hæc qvid respon-

responderi debeat, ex superioribus quemlibet animadvertisse, autumamus. Nimirum, quia confessio privata expressum mandatum DEI non habet, nec Paulus alium probandi se modum specialem pro cuiusque conditione prescribit, sufficit illi in generali admonitione, ne quis indignè comedat ac bibat, sed corpus Domini discernat, substitisse, ut quilibet ad sacrum hoc epulum accessurus se probet. Modum autem sese probandi cuilibet pro sua ipsius conditione relictum voluit. Quia igitur hoc facere privata confessio potest, eamque Paulus non prohibuit, cur non Ecclesiae eam commendare ac velut explorationis medium, quale revera est, prescribere licuisset? At at, alia in promptu exceptio est:

Das Wort Prüfen so in dem Griechischen steht, zeigt bekanntermassen eine sehr genaue, scharfe und nicht leicht trügliche Untersuchung an, verglichen mit den Erken in dem Prober Ofen geschiehet. (Quæ satis bene recteque se habent: Sed consequentiam inde deductam audiemus:) Also soll nun der Mensch sich selbst prüfen, nicht aber durch andere erst unterweisen lassen, sich selbst zu prüfen, oder durch andere sich prüfen lassen. Quid, quæso, magis impertinenter dici potest? Cum quis facere quidpiam tenetur, præstare autem non valet, anne erudiendus is ab aliis est, ut præstare queat? Qui ingenii in doctrinâ Christianâ magis exculti sunt, tali quidem informatione non indigent, indigent tamen altero, eoq; primario, confessionis fine, peccatorum remissione, deque ea per audibile verbum certioratione. Simpliciores autem in re tam necessariâ informandos non esse, audacter asseverare, tam est à ratione alienum, ut nil magis esse queat. Undenam enim ista se probandi prudentia christiana illis enascitur, nisi ex aliorum institutione? Nam per traducem

D

eandem

eandem ad illos propagari, nobis persuadere nulli possumus. Unde & seqventia cadunt, qvando pag. 52. additur: Demnach ist klar, daß keiner sol zum Abendmahl gehen, oder von Lehrern wissenschaftlich dazu gelassen werden, der nicht fähig ist, sich selbst in seinem Stande vor Gott genau, scharff und nicht leicht trüglich zu prüfen, und folglich der nicht in einem ziemlichen grossen Grad lebendiger Erkenntniß steht, und schon gute Übung in dem Christen-Wandel gehabt hat. Conf. qvæ dicta §. XVI. qvibus unicum addemus longè, ac Dn. Antagonistæ, salutarius consilium Lutheri *ex Tom. I. Altenb. Conc. in 1. Cor. XI. 23. sqv.* qvod & præsidentia Dn. Antagonistæ sibi, speramus, in posterum commendatum habebit. **D**ass ist die allerbeste Geschicklichkeit, sunt verba illius, wenn der Mensch am übelsten geschickt ist, und wiederum ist der Mensch niemals nicht zu dem hochwürdigen Sacrament uns geschickter, denn wenn er am geschicktesten ist, welches also sol verstanden werden: Wenn der Mensch sich ganz unseelig, arm, und Gnadenbedürftig empfindet, in demselben, und damit ist er der Gnaden Gottes empfänglich, und auffs geschickste dazu. Es sol auch der Mensch sich mehr denn zuvor vor dem Tode und der Hölle fürchten, daß er ja nimmer nicht zu dem Sacrament mit dieser Meinung gehe, daß er sich lasse bedrücken, er sey würdig, und also wolle er Gott ein reines Herz bringen, welches ein Mensch vielmehr bey dem Sacrament sol suchen und erslangen, denn dß ist ein starker und ein unzertrennlicher Spruch unsers Seeligmachers: Die Gesunden dürfen keines Arztes, sondern allein die Kranken. Et pag. 263. **D**ass ist nicht gnug, daß du prüfest und bewiegest, wie böse du gewesen

sen bist / wenn du nicht vielmehr bedenkest und
 betrachtest / wie fromm du zu werden begehrest.
 Denn so St. Paulus es also genannt hätte / daß wir
 uns so lange solten prüfen / bis wir würdig würs-
 den / so hätte er uns ganz zu einem unmöglichen
 Dinge verpflichtet / alle Menschen auch des heil-
 ligen hochwürdigen Sacraments beraubet / es
 hätte auch St. Paulus an vielen Orten wieder sich
 selbst geredet / da er schreibet / daß alle Menschen
 Sünder sind / und allein durch den Glauben
 müssen gerechtsertiget werden. Denn es müste
 einer / der zu dem Sacrament ginge / des gang
 gewiß seyn / daß er ohn alle Todt-Sündewärte /
 wenn er nicht das Gericht nehmen wolt. Aber
 es ist unmöglich / daß ein Mensch das aus ihm
 selbst und seinem Vermögen gewiß sey / wie denn
 in dem Psalm steht / wer verstehet die Sünde ?
 und Jeremias sagt / das Herz des Menschen ist
 verkehrt / böse / und unerforschlich / wer wird
 dasselbe ausforschen ? Ich der Herr / der die
 Nieren und Herzen ausforschet / der halben steht
 die Gewißheit allein auff dem festen und unbes-
 trüglichen Fels / das ist auff Christo unsern Herrn
 und seinem Wort. Darum auch die warhaftige
 und beständige Prüfung ist / wenn sich ein Mensch
 befindet eitel / leer und ledig / und ohne das Ge-
 wicht des Heils der Seligkeit und Gerechtigkeit /
 und beladen mit viel bösen Begierlichkeiten. Und
 wenn der Mensch dieses befindet / so soll er hizig-
 lich und mit allem Fleiß der Gnade und Barmo-
 hzigkeit Gottes begehren / und nicht Zweifel
 haben / er werde sie erlangen.

§. XIX. Et hæc de Confessione privatâ in se
ipsâ hæctenus disputata sunt, qvæ paulò prolixius dispu-
tari oportuit. Cum enim Cel. Dn. Adversarius ex ha-
ctenus propositis suis dubiis deducat, confessionem
privatam apud nos coactam esse, necessarium erat, fun-
damentum accusationis hujus diruere, qvo collapso,
ultrò cadit, qvicqvid illi superstructum: unde & nunc
breviori operâ defungi licebit. Coactam autem ha-
beri confessionem nostram, passim indicatur, ut, cum
p. 35. die in der Lutherischen Kirche aus dem Pabstthum be-
behaltene Zwang-Beicht-Wäter dicuntur, & p. 53. qværitur:
Woher kommt denn der Zwang daß man alle Glieder der Lu-
therischen Kirche zu dem beichten nöthiget? Quid? qvod
peculiariter Art. VI. p. 43. sub Titulo: Von dem Zwang
bey dem Beicht-Wesen/ huic accusationi defendendæ de-
stinatus sit. Qvâ igitur de materiâ ut constet, ex mo-
ralibus repetendum erit, qvid coactio sit, qvidqve inde
coactum dicendum veniat. Ignotum verò nemini esse
potest, coactionem dupli contingere modo posse:
altero, cum qvis valentior alterius membra per violen-
tiā ad aliqvid agendum vel patiendum applicat, a qvo
alias abhorret; altero, cùm qvis potentior grave ali-
qvod malum cominùs alteri intentat, illudqve inferen-
di vires habet, nisi is aliqvid agat vel patiatur, qvod ul-
trò acturus aut passurus alias non fuisset. Non alio
modo cogi qvis dici potest. Nam, si obligationem à
lege impositam, qvæ moralem ceteroqvin necessitatem
infert, coactionem vocare qvispiam vellet, planè absur-
dum istud foret, contraqve communiter receptum usum
loqvendi. In propriâ autem significatione confessio-
nem nostram non posse coactam dici, ex natura coactio-
nis manifestum erit. Cui namqve definitio non com-
petit,

petit, ei nec competit definitum. Priori itaque modo homines apud nos ad confessionem cogi, tam perficta frontis, qui asseveret, nemo erit. Posteriorem autem modum quod attinet, primum ostendi non potest, potentiores inter nos hominibus malum intentare, cuius evitandi intuitu in sacris aliquid agant, quod acturi alioquin non fuissent, & ad quod agendum de cetero non obligabantur: adeoque, eos ad confessionem cogi, dici posse. Deinde advertendum est, talem coactio- nem non tollere penitus omnem ab agente libertatem, unde actiones, quorum principium prioris modi coactio est, strictissime invitae quidem dicuntur, ast quae a posteriori proveniunt, mixtae vocantur, & cum liberis sive spontaneis commune habent, quod voluntas pro praesenti statu eas liberè eligat, tanquam minus malum sibi visum: quare & easdem agenti imputari posse & debere, simpliciter inficiandum non est. Et sic privata confessio, etiamsi quid moralis coactionis ei accessisset, quod verò in sensu proprio & stricto factum non est, simpliciter tamen coacta, vel eine Zwang-Beichte vocari non mereretur. Porro etiam, & potissimum quidem, observandum venit, coactionem hujusmodi vel ad rem bonam aut saltem licitam esse, vel ad rem malam atque illicitam. Item, eum, qui ita cogit alterum, vel ejus esse Superiorum, adeoque jus cogendi habere, vel non gaudere istiusmodi jure. Omnis coactio ad rem illicitam, a quocunque inferatur, ut & quae ab illo fit, qui jure cogendi alterum destituitur, improba est, mala & injusta, proprièque coactionis nomine venit. At cum Superior inferiorem adgit ad rem bonam & licitam, rectè fit ac non nisi æqvivocè coactio dici potest. Alias ènìm omnes leges poenales divinæ pariter atque huma-

humanæ coactionem aliquam secum ferrent. Proinde eo in casu Superior cogere dici non potest, ut qui dunt taxat jus suum exercet exigendi & exequendi, quod à subditis debebatur etiam citra poenarum & inflictionem & comminationem. Poenæ enim tantum ob inobedientiam hominum sunt. Quid si vero subjectus hoc casu & modo se coactum queritur, habet, quod sibi imputet ipsi, quinimo injustè queritur, cum sponte agere debuisset, quod nunc renitente voluntate egit. Quæ igitur cum ita se habeant, non magis confessio privata coacta dici potest, ac si DEum aut Principem per leges & poenarum in casu denegatae obedientiæ comminationem homines ac subditos cogere diceremus. Proposuntur leges, etiam humanæ illis, ad quos pertinent, & quamvis sanctionem poenalem ob inobedientes adjunctam habeant, voluntarium tamen postulant obsequium, quale si non præstatur, subjecti contra obligationem suam & officium faciunt; si penitus omne denegatur, poenæ merito coercentur, quia non obediverunt. Conf. Rom. XIII. 2. 3. 5. 1. Pet. II. 13. sqv. Non igitur lex voluntatis libertatem ab iis tollit, qui eam obligantur, veluti v. g. Petrus Presbyteros jubet pascere, quantum in illis est, gregem Christi, curam illius agendo, statim addito, ut tamen id fiat non coactè, sed spontè, ac voluntariè, 1. Pet. V. 2. Ita confessio privata quæ Ministro Ecclesiæ fit tunc temporis, quando ad Cœnam Domini accedere homines volunt, quam in sacris literis satis fundatam esse ostendimus, per legem ecclesiasticam præscripta est, cui nobis obtemperandum. 1. Pet. I. 13. adeoque moralē quandam facta necessitatem est per constitutiones Ecclesiasticas, haud minus ac ceteræ in Ecclesiâ bona ac salutares ordinationes, quas suo ex arbitrio

bitrio immutare nemini privatorum licet. Nullo tamen jure, ad eandem homines cogi, dici potest. Sed si concederemus, qvod aliquid coactionis nostræ confessioni subsit, hâc ratione affirmari posse, minime tamen propterea confessio damnanda foret: esset enim ea coactio licita, justa, pia & salutaris. Haud secus ac Deus olim judæos cogebat (loquimur sic cum Dn. Dissentiente, cui præceptum & pœnæ comminatio coactio est) ad Sabbathum sanctificandum, omni in eodem interdicto labore, Exod. XX XI. 14. Verum, ut saepius dictum, nullus hic coactioni locus relinqvitur. Qvâ enim ratione circa confessionem Ecclesia nostra versetur, patet apertè ex publicâ doctrinâ & praxi illius. Nimirum, *Pastores non cogunt hos, qui non sunt idonei, (neminem ergo cogunt) ut Sacramentis utantur,* dicit Apol. A. C. p. 159. & Constit. Eccles. Patriæ nostræ fol. 64. Solche / (dahin auch die Privat-Beicht referireb wird / der Kirchen-) Ordnung sol recht verstanden werden / daß die Gewissen damit nicht verwirret werden/ und dennoch das Predig-Ampt/ Reichung des Sacraments/ sämplich Gebet und Danksgung züchtiglich gehalten werde / und daß das Volk gerne und fleissig daben sey. Commendatur itaque confessio à suis utilitatibus, & si qvi omittere eam proprio ausu velint, ostenditur, id minimè licere, qvandoqvidem Ecclesia eam observandam vult, cuius utilitatem animatum respicientibus Constitutionibus refragari homine Christiano veroque Ecclesiæ membro indignum. Qvod si nihilominus aliqui, vel sanctitatis propriæ opinione turgidi, se non indigere absolutione persuasi; vel singularitatis studio, à reliquo eotu & præsertim vulgo hominum se distincturi; vel

ex contemtu, medium hocce tanquam humanum institutum spernentes; omnem plane obedientiam huic Constitutioni denegant, næ, illi in DEum, in Superiores suos, in Ecclesiam, in infirmorum animas graviter peccant. Idque propter tanquam contemtores Ecclesiæ atque Ministerii jure meritòque severius, quæ privatim, quæ publicè, admonentur, arguuntur, increpantur, censuræ Ecclesiasticæ subjiciuntur, & si præfractè in inobedientia perseveraverint, ut indigni a S. Cœnæ usu prohibentur, tandemque eā in contumaciā defunctis honesta sepultura denegatur. Et hæc quidem, non ut cogantur ad confessionem, sed quia contumax eorummet repugnantia haud secus meretur. Si qvem verò adhuc opinio tenet, in his ipsis coactionem consistere; cogitet ille, qvæsumus, num & hisce aliisve id genus mediis ad publicum cultus divini exercitium, ad usum Sacramentorum, ad benedictionem sacerdotalem, ad reliqvos, sive a DEO mandatos, sive ab Ecclesiâ præscriptos, actus sacros, ad obsequium Magistratui præbendum, homines cogantur? Qvod si affirmabitur, profectò parum libertatis in omnibus actionibus humanis reliquum supererit, qvin plurimæ hoc modo, si non omnes, coactæ dicendæ venirent. Remanet igitur ac retinenda est distinctio inter coactionem atque necessitatem moralē, qvarum ista libertatem sive ex toto, sive ex parte; hæc verò licentiam quidem, nullatenus autem libertatem tollit.

§. XX. Qvæ omnia clarissima sunt, & velut in meridianâ luce exposita, nisi quis studio cœcutire, & noctuarum in morem à splendore lucis ad caliginem atque tenebras oculos convertere velit. Nihilominus audiens Dn. Antagonistam contrâ rhetoricanem. Ex triplici

triplici nimirum capite ostensurus, confessionem nostram coactam esse, generali accusatione viam sibi patrat, scribendo p. 34: Es leugnen insgemein die Lutherische Prediger/ ihre Beichte sey keine Zwang-Beichte wie der Papst/ sien ihre Zwang-Beichte sey. Ist aber das nicht geleugnet wieder den Augenschein? Wenn die Leute im Papstthum nicht beichten/womit zwinget man sie? Ist es nicht erstlich durch ausschließung von dem Abendmahl/ hernach durch Verweigerung des Zuspruchs in Nöthen/ durch denunciation an die Obrigkeit/ durch öffentliche Bestrafung auf der Canzel/ endlich durch Verweisung einer Begräbnis an ehrlichen und ansehnlichen Stellen. Geschiehet dieses bey den Lutheranern nicht auch? Ostendimus jam supra §. XIII. permultum differentia inter Pontificiam nostramque Confessionem intercedere, ut injuria nobis fiat, quando nostra hæc, cui nihil fermentum Papistici subest, illi æquiparatur. Et non minus frustra æque coacta ac Pontifica eadem proclamatur. Nolumus repetere allegatum §. XII. Can. 21. Concilii Lateran. sed ipsum Concilium Tridentinū nunc evolvemus, quid de eâ disponat, cumque eo brevem nostræ doctrinæ instituemus collationem. Pontificalia vox est *Seff. XIII. can. 9.* *Si quis negaverit, omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretiōnis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta Præceptum sancte matris Ecclesiæ, Anathema sit; nostra è contrario est: Qui ad sacramentum nunquam accedunt, sed contemnunt plane ceu rem inutilem & non necessariam, illi quoque impellendi & urgendi sunt, hâc tamen ratione, nolo ego quenquam neque ad fidem, neque ad Sacra menta cogi, & malè faciunt illi, qui leges, certa tempora, aut certa loca ad tales res, præscribunt. Sic tamen docere illi, qui in officio verbi sunt, debent, ut sine nostris legibus, ultro sua voluntate coacti auditores ad nos veniant, &*

nos Ministros verbi cogant quasi ad porrigendum Sa-
cramentum. Præfat. Catech. Min. p. 363. 364. Conf.
& Catech. Major. p. 559. 560. Pontificiorum est Seſſ.
XIV. can. 6. Si quis negaverit, confessionem sacramen-
talem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse
jure divino, aut dixerit, modum secretè confitendi soli
Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper ob-
servavit, & observat, alienum esse ab institutione &
mandato Christi, & inventum esse humanum, ana-
thema sit; contra nos docemus, Aug. Conf. Artic. XI.
quod confessio & absolutio privata in Ecclesiis retinen-
da sit, & non abolenda, Art. Smalc. p. 331. Dum au-
tem retinendam dicimus, fatemur, Confessionem priva-
tam jure divino non esse necessariam sed Ecclesiæ dun-
taxat institutum. Deinde, quod tempus annuum attinet,
certè in Ecclesiis nostris plurimi ſepe in anno. utuntur
Sacramentis, Absolutione & Cœna Domini. Sed cer-
tum tempus non præscribitur, quia non omnes pariter
eodem tempore idonei sunt. Apol. A. C. p. 159. Pon-
tificiorum iterum can. 7. est: Si quis dixerit, in Sa-
cramento Pœnitentia ad remiſſionem peccatorum ne-
cessarium non esse jure divino, confiteri omnia & singula
peccata mortalia, quorum memoria cum debitâ & di-
ligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ
ſunt contra duo ultima Decalogi præcepta, & circum-
ſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, ſed eam confesſio-
nem tantum esse utilem ad erudiendum, & conſolandum
pœnitentem, & olim observatum fuſſe tantum ad satis-
factionem canoniam imponendam; aut dixerit, quæ
omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinqueret velle
divina misericordia ignorandum; aut demum, non li-
cere confiteri peccata venialia; anathema sit; è con-
trario

trario apud nos de enumeratione peccatorum in confessione (ob quam potissimum pontificiam confessionem coactam dicimus & pro torturâ conscientiarum habemus, vid. Apol. A. C. p. 183.) sic docentur homines, ne laquei injiciantur conscientiis etiam si prodest rudes aspergescere, ut quedam enumerent, ut doceri facilius possint. Et Apol. A. C. p. 159. Artic. Smalc. p. 331. Enumeratio peccatorum debet esse unicuique libera, quid enumerare aut non enumerare velit. Tandem Pontificiorum est can. 8. Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia servat, esse impossibile, & traditionem humanam, a piis abolendam, aut, ad eam non teneri omnes & singulos utriusque sexus Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id fraudendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ; Anathema sit; ast contrâ nobis in confessione non est necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis juxta Psalmum, delicta quis intelligit. Aug. Conf. Artic. XI. Edicatur jam nunc absque omni præjudicio, num contra experientiam & in fronte incidentia negetur, confessionem nostram nihil cum coactione, quæ Pontificiæ subest, commercii habere? At vero imprompta dicitur utriusque esse comparatio. Ecce videlicet Lutherani ab usu S. Coenæ eos arcent? cur accedere recusant ad constitutos in angustiis? cur Superioribus denunciant? cur palam de suggestu regarduunt? cur tandem ab honestâ sepulturâ prohibent, qui renuunt peccata sua Sacerdotibus confiteri? Ad hæc verò cum in præced. §. satis responsum jam sit, actum agere nolumus, ad specialia illa confessioni nostræ imputatae coactionis fundamenta nos conversuri.

§. XXI.

§. XXI. Horum primum est, qvod cum Usu S. Cœnæ confessio dicitur conjugenda. Ist das kein Zwang/ sunt verba, ad qvæ responsio postulatur, daß alle Lutheraner eben alsdasi/ und sonst nicht beichten müssen/ wann sie wollen zu dem Abendmahl gehen. Et licite, & utiliter confessionem cum S. Cœnæ usu conjungi, §. XV. probatum est. Nullam autem huic rei coactionem subesse, ex §. XIX. sine difficultate agnoscit potest. Et sic qvidem istud sublatum dubium censeri posset. Ne tamen scrupuli qvid, non qvidem ex opinionibus anticipatis, sed justis ex causis, si modò inde oriri potuit, ortum, remaneat, sequentia adhuc observabimus. Nullibi, qvod sciam, prohibitum hactenus fuit confiteri peccata nisi immediatè Sacramenti Cœnæ subseqvatur usus. Attamen, qvia privata Confessio à DEO mandata non est & DEus fidelibus ac seriò pœnitentibus etiam sine externâ Ministrorum Ecclesiæ operâ peccata remittit, juxta §. VI. idcirco non semper privatâ confessione opus est, ut potius penes hominem ipsum sit, qvandò & qvoties peccata sua coram Ministro confiteri & specialem petere absolutionem velit. Qyoniam verò interim juxta §. XV. privata confessio cum S. Cœnæ usu utiliter conjugatur, per consuetudinem legitimam, qvæ vim legis habere censetur, introductum in Ecclesiâ est, ut confiteantur, nisi ad S. Synaxin accessuri, qvò finis atqve medium unâ conjugantur. Qvod enim omni tempore licet, cur non hoc præcisè tempore licebit? Qvod si verò dicatur, non tamen fieri, ut qvis confiteatur, & non utatur S. Evcharistiâ, aut Sacramento utatur non confessus, responderemus, id fieri utiqve posse ac licere. Recordamur casus, qvi pueris adhuc nobis contingebat in hac Patriâ nostrâ, ubi homo qvidam confessus fuerat,

rat, postero die communicaturus, vix autem è templo
 domum reversus, ad negotium inevitabile Principis
 gl. m. jussu evocabatur, ut peregrè abesse eum
 oporteret, siccque Sacramenti particeps fieri non posset,
 qvo tamen, elaps⁹ octiduo, & sine iteratā confessione,
 fruebatur. Sic & ali⁹ nobis relatus est casus, qvi vix
 duos ante menses in vicinia, extra Patriam tamen no-
 stram, contigit, ubi rusticus qvidam juvenis homo, ad
 S. Evcharistia Sacramentum accessurus, die Parasceves
 à Domino impedit⁹batur, ne confessioni consveto tem-
 pore adesse posset. Ipsa verò die Dominicā eodem
 proposito ad templum se confert, confessurus ante pec-
 cata, ast qvia publica Sacra initium jam sumserant, con-
 fessiones ulterius non audiebantur. Nihilominus ipse
 mensam Domini accedit, ignaro ordinario ejus loci
 Pastore, ut qvi eo die non ipse Sacramentum, qvod cum
 familiā suā alterius ex manu accipiebat, administrabat.
 Finitis Sacris publicis, ordinarium suum Pastorem ad-
 ibat, querens, se ante confessum non esse, intermissionis
 causā indicatā. Cui verò Pastor non ideò scrupulum
 injiciendum rectè reputavit, cum ille non ex iniqvo pro-
 posito, de peccatis nihilominus dolens, confessionem
 omisisset. vid. dicta §. XI. Talia exempla probare
 putamus, in nostris qvoqve Ecclesiis & Confessionem
 privatam fieri sine Cœnæ usu, & hunc esse sine illā posse.
 At dices, id vel necessitatis easum requisivisse, vel ex-
 traordinatum esse, alias verò non licere. At si
 mandatum divinum respicitur, qvi non licet? Juxta
 consuetudinem autem ecclesiasticam non semper nec
 omnibus licet. Et qvāq; doctioribus rerumq; ve
 intelligentibus permitti posset, consulendum tamen &
 in hoc est infirmorum fratrib⁹ animis, qvemadmodum

Paulus

Paulus scribit i. Cor. X. 23. *Omnia mihi licent, at non omnia conducunt: omnia mihi licent, sed non omnia edificant.* Et quid? num hoc receptum tempus coactionem afferre potest? Liceat & nobis querere: Ist das ein Zwang / wenn unsers Gnädigsten Herrn Hoch-Fürstl. Durchl. dero Herrn Cammer-Rath und Bau-Directorii befehlen/ eben præcisè übermorgen und sonst nicht an einem andern Tage in dessen function etwas zu verrichten? Oder ist es ein Zwang/ daß wir das instehende heilige Weihnacht-Fest eben præcisè am 25sten December celebriren müssen/ und nicht etwa am 25sten Augusti, oder wenn es einem jeden beliebt? Non credimus, id affirmatum iri. Ergo nec coactio erit, quod consuetudine in Ecclesia receptum, confessionem conjungere cum Cœna Dominiæ usu. Sed quia Lutheri nobis opposita est autoritas, non gravabitur Dn. Opponens & ipse audire Lutherum haec ipsi in aures dicentem: Weil denn solche Weise (nemlich die Privat-Beicht/ zu der Zeit/wenn man zum heiligen Abendmahl gehen wil) eine alte/ läbliche/ Christliche/ und nöthige Sucht ist/ darin man die Christen übet/ und bereitet/ recht zu leben/ Christum zu lernen und für der Welt bekennen/ so kan man daraus wol merken/ wie ungelehrige/ ungeschickte Lehrer das sind/ die solches/ als von Gott ungebothen verdammen/ gerade/ als wüsten sie so trefflich wol/ was Gottes Gebot seyn. Es ist ohn Zweifel Gottes Gebot/ daß man sein Wort lehren und lernen soll/ beyde öffentlich und sonderlich/ und wie man nur auffs beste kan. Ob er nun nicht sondere Stete/ Person/ Weise/ und Zeit ausdrücket und stimmet/ darin man seine Worte lehrete und lernete/ solten

solten doch solche grobe Lehrer ihren Unverstand daraus unterrichtet haben / daß er wil sein Wort auf allerlen Weise täglich an allen Orten getrieben haben. Wie er auch im Mose gebot / sie solten an seine Gebote gedencken gehend / stehend / sitzend / und dasselbe an alle Orte schreiben. Weil denn nun ein Pfarrer nicht kan zu aller Zeit / Ort / Person / Gottes Wort treiben / und nehme für sich diese Zeit / Stete / Person / die man in der Beicht hat / ey Teuffel / wie gar handelt der ohn und wieder Gottes Gebot / und wie gar heilig sind die Schwermer / die solches hindern / daß man Gottes Wort nicht lehre an diese Stet und Zeit / so wirs doch an allen Orten und Zeiten (wo wir können) zu lehren schuldig sind. Es sind unmüze Schreyer die gar nichts wissen / weder was sie sagen / noch was sie sezen. Darum hütet sich ein jeglich fromm Herz für ihnen. Sie werden niemand nicht lehren / weil sie selbst nichts können. Tom. VI. Jen. Germ. in der Warnungs-Schrifft an diezu Frankfurt am Main fol. m. 109. b.

s. XXII. Secundum Confessioni nostræ imputatae coactionis fundamentum hæc interrogatione posatum est : Ist das kein Zwang / wenn sie müssen bey einem Prediger beichten / nicht bey dem sie / sondern bey dem es andere haben wollen ? Respicit Dn. Autor procul dubio ad hoc, qvod, non in pagis solùm, sed & majoribus in urbibus in certas paroecias distributi sunt cœtus, juncta constitutio- ne, ut in quavis paroeciâ habitantes, istius Ministrorum in Sacris operâ utantur. Qæ sanè Constitutio nemini coactionem inferre dici potest , nisi apertum omnis boni in Ecclesiâ ordinis sese osorem ac hostem profiteri voluerit . Qualis namque confusio oritura non esset, si non

non quilibet Districtus suos ordinarios haberet Ministros, sed hoc illucque animæ Pastorem quæstum evagari cuilibet licitum foret? Ita permulti, neglecta religione omniqve cultu divino posthabito, nulli animæ suæ curam concredituri essent, neque ad pessimæ vitæ suæ rationem reddendam abs quoqam adstringi se passuri: unde brevi tempore mundum Christianum Epicuræis atque Atheis refertum haberemus. Recte proinde summèque salutariter ordinatum est ab iis, quos penes cura Ecclesiæ est, ut, cunctis in Paroeciis, suis singuli adhærent Ministris. Quanquam, id omnibus in locis quoad omnia non æque observari, experientia doceat. Certe, hoc in loco, qui Academicam agnoscunt jurisdictionem, cunctis relictæ libertas est, animarum curatorem eligendi, que in cunctis voluerint. Unde & notæ nobis familiæ sunt, diversis utentes Confessionariis, licet unâ in Paroecia habitantes, quid? quod Conjuges hic vivant, diversis in templis & confitentes & S. Cœnam accipientes: quâ libertate & Dn. Antagonistæ apud nos, sine omni contradictione, utili licuisset. Scripsit ipse Dn. Autor p. 44. Unter den Lütheranern/ wenn die Leute öfter beichten wolten/ wären die Prediger nicht sufficient sie abzufertigen. Quid ergo, si majori quâdam in civitate omnes forte ad unum accurerent, num ille sufficiens foret omnibus absolvendis? Et vel propterea, ut in singulis Paroeciis quilibet istius, cuius membra sunt, cœtus & Ecclesiæ Ministrum suum sibi Confessionarium habeant, commodum introductum est. Quando autem sermo est de iis locis, ubi unum duntaxat Pastorem sibi habent propositum, ceu in pagis fieri solet, cur ejus in hoc operam repudiabunt? Nullam profectò scimus idoneam adduci causam posse. Etenim hic

hic respiciendum est non ad Personam Ministri, sed ad Ministerium, qvod uti à DEo institutum, & huic in singulari personæ ab Ecclesiâ demandatum, ita utendum illius operâ est, qvamdiu ipse officio suo integrè secundum institutionem Christi fungitur. Contra eam autem si qvid in munere suo peragat, nec mutare mentem velit, removendus ille ab officio potius est, tantum abest, ut ejus officio uti qvis ulterius obligetur, ne dicam cogatur. Si qvis privatum erga Ministrum odium gerit, qvapropter coram illo confiteri recusat, is eo ipso jam graviter peccat, qvod proximum, imò Doctorem & Pastorem suum odit. Si fortè culpabilem vitam Minister vivit, cujus intuitu qvis renuat eum agnoscere Confessionarium suum, hunc scire oportet, Ministerii efficaciam non à vitâ Ministri, sed à Christi institutione dependere: unde talem persvasionem foventi secundum est monitum Salvatoris Math. XXIII. 2. 3. Qvapropter nihil iterum coactionis in hocce appetet. Ita Rebuspubl. benè constitutis ita ordinatum est, ut singuli cives in singulis causarum generibus suum ordinarium habeant forum, nec proprium sibi judicem eligere atque constituere licet. Nemo autem non præoccupato judicio pollens se, ad hunc & non alium judicem agnoscendum, cogi dicet, qvin fassuri omnes sint, ita necessarium ordinem, confusionis remedium, velle. Qvia verò tam ordinatè in Politâ res agi licet: cur non licet etiam in Ecclesiâ? Aut, an hîc confusione janua patere debet? qvod foret contra Pauli monitum. 1 Cor. XIV. 40. Ceterum, qvia hujusmodi Ordinationes ab illis proficiscuntur, qvibus secunda à DEo potestas concessa est, cuilibet cautè satis se gerere amanti accuratiùs perpendendum erit, in quantum prudentia politica

summorum Imperantium jura quasi involare, aut eorummet Constitutiones Ecclesiasticas juri divine non aduersas haud minus, quam Politicas, examini & censuræ, meris quantumlibet præjudiciis nixæ, subjecere Ministro aut cuivis alii privato permittat?

S. XXIII. Ultima tandem, cur coacta dicenda judicatur confessio nostra, causa his edilleritur verbis: Wenn ein Prediger mir nicht absprechen kan/ daß ich ein sonderlich exemplarisch Leben führe, wenn weder er/ noch jemand anders mich einer groben/ einer sohrtwährenden/ bey aller Gelegenheit wiederholten/ oder einer zwar aus überleitung geschehenen aber noch nicht bereueten Sünde bezüchtigen kan/ wenn ich ihm hir gegen versichere/ daß ich in täglicher Buß-Ubung stehe/ und mir keine Sünde bewusst seyn/ deren Vergebung ich nicht bereits vor Gott versichert wäre/ und daß ich also nicht den geringsten Triebe/nicht die geringste Ursache fuisse zur Beicht'e zu gehen/ und nicht die geringste Hinderung hätte würdig zum Abendmahl zu gehen/ warum lässt mich der selbe Lutherische Prediger alsdann nicht zum Abendmahl gehen/ wenn ihre Beichte keine Zwang-Beichte ist. Quorsum pertinent & ista p. 53. Wenn einer nicht nur fähig ist/sich selbst zu prüfen/ sondern sich auch ernstlich geprüft hat/ und würdig befunden/ und geschickt des Herrn Todt zu verkündigen/ so kan er also nach des Apostels Lebre frey zum Tisch des Herrn gehen. Lutherani aber sagen Nein/ sondern er muß zuvor zur Beichte gehen/ wil er das nicht thun/ so wird er auch nicht zum Abendmahl gelassen. Scilicet hoc erat, quod potissimum indignum & onerosum Dn. Autori videbatur. Singulari enim & præ aliis eximiâ, cœb sibi imaginabatur, sanctitate sive turgens, sive supra alios excellens, juxta conceptam ejus formulam p. 47. legendam, molestè ferebat coram homine, qui & ipse à peccatis non immunis esset, se peccatorem confiteri, & delictorum, quâ tamen suâ ex opinione non indigebat, petere remissionem. Hinc ei eveniebat, quod illis

illis solet, qui debitum suum non libenter faciunt, de coactione sibi illatâ converentes, etiam si modo omnium injustissimo, Sed quoniam §. XIX. nihil coactionis confessioni nostrâ in Ecclesiâ subesse & §. X. regenitos quoque confessione & remissione peccatorum, etiam illâ, quæ per audibile verbum abs Ministro confertur, opus habere ostensum est: Dubio huic, ad conscientiam præconceptis opinionibus non præfaretur inhaerentum hominum convincendam, ut non ad externam obstinatorum Adversariorum confessionem, talibus enim, quæ vel sub specie Mathematicarum demonstrationum excipient, Sophismata, in fulgidissimâ licet veritatis luce, nunquam desunt, satisjam factum esse, arbitramur. Interim concedimus iterum iterumque, homines pios & doctos, sine prægressâ privatâ confessione, etiam ubi recepta est, Sacramento Cœnæ uti posse, modò infirmi inde scandalum non acciperent, ac rufus populus id imitari non conaretur. Horum autem intuitu illi ipsi, memores istius Paulini 1. Cor. VI. 12. X. 23. ex vera prudentiâ Christianâ ut & suæ ipsius conscientiæ consolandæ gratiâ, nunquam, ad Sacramentum accessuri, confessionem intermittent. Qui vero singularitatem affectantes, aut in Ministerii contemptum eandem aspernantur, à Cœnæ quoque usu merito arcentur. Ast vero in contrarium satis audacter p. 53. objici videmus: Wenn dieses nicht heisst öffentlich wieder die Heil. Schrift handeln / so weiß nicht was es ist / und möchte ich gerne einmal hören / wie man könnte mit einigem Schein des Apostels Worte und die Lutherische Beichte nach ihren wahren Umständen zusammen reimen. Ad quæ paucis respondebimus. Qvomodo verba paulina 1. Cor. XI. 28. Confessioni adeò non

refragenetur, ut potius occasionem illi dent eamque ap-
 probent tanquam ad sui probationem ducens medium,
 satis quidem, ut reor, sufficienter §. XV. ostensum & §.
 XVIII. defensum est. Qvo autem animo scriptum sit:
 Wenn dieses nicht heisst öffentlich wieder die Heil. Schrift
 handeln so weiss nicht / was es ist; nos neutquam intelli-
 gere, lubentissime profitemur. Ecquis enim adeo in
 Logica hospes est? ut ignoret, verè pugnantes pro-
 positiones esse, qvarum una affirmat, altera negat, ma-
 nentibus utrinque iisdem terminis, in eadem significa-
 tione & eodem in respectu acceptis, eodemque sub-
 intellecto tempore. Qvando igitur nostra Thesis af-
 firmativa est: Confessionem privatam, etiam ab illis, qvā
 seipso probare valent, licet non propter probationem,
 propter alias tamen causas, utiliter cum S. Cœnæ usu
 conjungi; producatur vel unicum in contrarium Scri-
 pturæ dictum, qvod vel expressè vel per legitimam con-
 sequentiam hoc ipsum neget. Qvod qvamdiu non
 fit, fiet autem nunquam, Tyrone Logicæ respondebunt:
 A Scripturæ silentio ad negationem non valere conse-
 quentiam. In his qvippe Propositionibus: Homines
 ante S. Cœnæ usum peccata confiteantur ac absolutio-
 nem petant, &: Homines probent seipso, & sic Sacra
 Cœnâ utantur; nulla, ne quidem apparens contra-
 dictio est. Unius namque positio non est alterius ex-
 clusio. Qvod Dn. Antagonista ad Eliam Prætorium
 provocat, tantum abest ut causæ ejus prodesse possit,
 ut potius affectum ipsius erga Fanaticos prodat, cum
 veræ doctrinæ ac salutaris Ecclesiasticæ praxis odio
 conjunctum. Nec dubium nobis ullum est, qvin o-
 mnia adducta Dn. Autoris dubia, ex præconceptis
 qvibusdam opinionibus orta, per attentam lectionem

Scripto-

Scriptorum Fanaticorum, Arnoldinorum præcipue &
 Dippelianorum, vah, egregios in doctrinâ Fidei &
 morum formatione Doctores! confirmata fuerit, qvod
 nemini obscurum esse potest, qvi vel fugitivo oculo e-
 adem percurrit. Horum verò consensum qvis veri-
 tatis amans sibi gratulabitur? Vana è contrario est de
 Lutheri secum consensu gloriatio. Ita qvidem legi-
 tur. p. 45. Lutherus hat das herrliche Buch von dem Ambt
 der Schlüssel geschrieben/da er in der herrlichsten Kraft und in
 dem mächtigsten Sieg wieder das Pabstthum gestanden. Ha-
 ben die Lutherische Prediger bey ihrer Beicht ein gut Gewissen/
 so lassen sie solches schöne Büchlein besonders wieder aufflegen/
 und recommendiren es allen ihren Zuhörern von der Lanzel.
 Qvemadmodum etiam jam ante pag. 34. scripsit:
 Hiezu uñ wegen etlicher nachfolgenden Puncten ist des theuren
 Mannes Gottes Luthers herrliches Zeugniß der Wahrheit sein
 Buch vom Ambt der Schlüssel zu lesen welches daß es nicht oft
 gedruckt/und in der Lutherischen Gemeine Hände gebracht/viel-
 weniger ihne recommendirt wird/mir eine lange Zeit her beden-
 lich gewesen. At qvorum ista obtestatio? Lutherus Ponti-
 ficiam confessionem propter ingentes abusus meritò re-
 jecit damnavitqve: At nostram adeo non improbat, ut
 eam potius commendet atqve propugnet. Docere u-
 trumqve vel unicus potest locus ex Epistola ad Franco-
 furtenses, auch zu solcher Zeit geschrieben/da er in
 der herrlichsten Kraft / und in dem mächtigsten
 Sieg wieder das Pabstthum gestanden/Tom. VI.
 Jen. Germ. Fol. 109. b. Siehe solches edles stück der
 Beicht (conf. locus §. XI. allegatus ad qvem re-
 spicit) haben die Papisten ganz gedämpft / und
 nichts daraus gemacht/ den die falsche unträchtliche
 Marter mit Sünde zehlen und daß alles zum
 guten Werk auffgemüht / damit Gott versöhnet
 soll werden / und für die Sünde gnug gescheben.

E 3

Das

Das trug Geld und Gut/ biß daß ein Abgott dar-
aus ward/ der ganzen Welt/ und war doch da kein
lehren/ verhören noch üben zur Beichtung / oder
Bekanntniß Christi. Nu wir sie wieder angerich-
tet haben/ wollen sie abermahl der Teuffel und seine
Apostel wiederum gar niederschlaßn. Aber mir
nicht / wer sie für sich nicht wil haben/ der laß sie ge-
hen / doch soll er sie darum uns und andern From-
men (die ihr bendthigt und ihren Nutzen verstehten)
nicht nehmen noch vernichten/ Qv: ignorat, ignoret.
Wen tausend und aber tausend Welt mein wäre/ so
wolte ich alles lieber verlehren / denn ich wolte die-
ser Beicht daß geringste Stücklein aus der Kirchen
kommen lassen. Ja lieber soll mir seyn des Pabst-
thums Tyranney vom Fasten / Feyer-Kleidern /
Steten / Platten / Klappen und was ich kunt ohn
Versehrung des Glaubens tragen / denn daß die
Beicht soll von den Christen genommen werden. Denn
sie ist der Christen erste/ nöthigste und nützlichste
Schule/ darin sie lernen Gottes Wort/ und ihren
Glauben verstehten und üben/ welches sie nicht so ge-
waltig thun in öffentlichen Lectionen und Predig-
ten. Ecce ! Lutherus iple Lutherum secum conciliat,
mediumque inter Papisticam superstitionem & præten-
sam licentiam Calvinianam tenet, aliosque tenere do-
cet. Qvod memoratus libellus de Ministerio Clavium
haud saepius seorsim recursus est, id non magis singula-
rem observationem meretur, quam qvod alia ejus,
v. g. contra Zwinglium, Carolostadium reliquos
que Sacramentarios & cœlestes Prophetas, à pio
eiusque Personâ digno & planè divino Zelo profe-
cta Scripta non saepius separatim recusa prostant.

Sunt

Sunt omnia vel saltem plurima Viri Scripta in collecti-
 one aliquoties edita, qvæ inter & istud nobis commen-
 datum & aliis commendandum reperitur, ut legi abs
 unoqvoque possit. Interim spondere audemus, si Vie
 Celeberrimus vel ipse sumtus ad iterandam editionem
 necessarios erogare, vel saltem Bibliopolarum cuiquam,
 qui eosdem impendat, persvasum sistere haud gravabi-
 tur, novam libelli editionem brevi in lucem publicam
 emissum, & de Cathédâ Ecclesiastica omnibus singulis-
 que Auditoribus commendatum iri. Neminem enim
 Nostratum operam suam isti negotio subtrahurum esse,
 confidimus. Sin autem forte, præter opinionem, spes ista
 nos frustrata fuerit, ipso metu eâ conditione non istius
 libelli, sed omniū de Confessione dignoqve S. Ev-
 charistiæ usu agentium Scriptorū Lutheranorum editio-
 nem, si DEus vitam concederit, procuraturos esse, pu-
 blicè promittimus ac pollicemur. Agat itaque, si quid
 abhuc veri amoris, ex qvo istam conscientiarum in Mi-
 nistris nostris obtestationem prognatam videri procul
 dubio vult, erga Ecclesiam nostram fovet, ut votum su-
 um impletum videat, omnemqve in posterum vel mi-
 randi vel suspicandi causam sublatam. Tandem etiam,
 qvia nos ad Lutherum alegatos voluit, & verò, juxta
 JCtorum in rectâ ratione fundatam regulam, qvod qvis-
 que juris in alium statuit, eodem jure & ipse uti debet:
 etiam atqve etiam rogamus, meditetur & ipse, qvæ non
 minus Lutheri è calamo profluxere, sequentia, ad fugi-
 endos in causâ confessionis Novatores, Francofurtensi-
 bus olim commendata, l. c. f. 110. a. Das ande-
 Stük in der Beicht ist / die Absolution / die der
 Priester spricht an Gottes stat / und darinn ist sie
 nichts anders / denn Gottes Wort / damit uns r
Herz


Herz tröstet und stärcket wieder das böse Gewissen/
 und wir sollen ihr glauben und trauen / als Gott
 selber. Wer aber so blind ist / daß er solches nicht
 sieht / oder so taub ist / das ers nicht höret / der weiß
 freylich nicht / was Gottes Wort und Christlicher
 Glaube oder Trost sey / was kan er denn gutes leh-
 ren ? Siehet ers aber und hörets / und verdamet also
 wissentlich die Beicht in diesem Stück / so ist er ein
 lauter Teufel und kein Mensch / als der sich wissent-
 lich wider Gott setzt / und wehret / daß man Gottes
 Wort den Leuten nicht sol sagen / noch die Herzen
 trösten / und im Glauben stärcken / der mag billig
 Gottes und aller Menschen Feind gehalten wer-
 den / sonderlich der heiligen Christenheit. Und wo
 solche Prediger sind / da mögen sich warhaftig alle
 fromme Christen für ihnen hüten / als für den leib-
 hafsten Teuffel / denn Gottes Wort sol frey seyn /
 und gehen / und beyde öffentlich und sonderlich je-
 der man lehren und trösten. Und disß Stück ist nicht
 allein der Jugend und dem Pöbel / sondern jeder
 man müß und noth / und sols keiner verachten / er
 sey wie gelehrt und heilig er wolle / denn wer ist so gar
 hoch kommen / daß er Gottes Wort nicht bedürfe /
 oder verachten möge ? Und umb dieses Stücks wil-
 len brauch ich der Beicht am allermeisten / und wil
 und kan ihr nicht entbehren / denn sie mir oft und
 noch tägl. grossen Trost giebt / wenn ich betrübt und
 bekümmert bin. Aber die Schweriner / weil sie
 sicher sind / und von Traurigkeit und Anfechtungen
 nichts wissen / verachten sie leichtlich die Arzeney und
 Trost / wollens dazu auch denen nehmen / und weh-
 ren / die es bedürffen und haben müssen. Sind sie satt /

so solten sie die Hungrigen auch essen lassen / sind sie heilig / so solten sie die Sünder auch heilig lassen werden / dürfen sie Gottes und seines Worts nicht mehr / so solten sie es denen auch lassen / die es noch dürfen. Aber (wie gesagt /) sie zeigen mit solchen Toben an / ihre grosse Blindheit und Narrheit / als die noch nie gelernt haben / was Gottes Wort / Glaube / Trost / Christus und Gewissen sey / und führet also ein Blinder den andern / und fallen alle beyde in die Gruben. Drüm laß sie fahren / und immer hinfallen / hüte du dich für ihnen.

§. XXIV. *Et hæc nobis quoque hactenus sufficiant. Qvod reliquum est, Dn. Antagonistam, cuius ceteroquin personam & ob Genitoris & ob propria merita merito colimus, & Christianos decente charitate prosequimur, quæ decet humanitate iterum atque iterum rogatum volumus, ut, primo, ex quo præconceptæ ejus opiniones profluxerunt, fonte obturato, omniqve alio respectu seposito, rem hanc penitus consideret. Non sufficit complures annos in rei alicujus meditatiōne consumisse, nisi in vero timore Domini atque animo ab omnibus planè præjudiciis liberato ipsum fiat. Alioquin multi, & utinam non nimium multi! semper discunt, nec unquam ad cognitionem veritatis venire valent 2. Tim. III. 7. Equidem, quæ datum hæc scriptiuncula nostra apud eum habitura sit, facile & sine omni speciali afflato divinare possumus. Dum enim, se Celeb. Dn. D. Fabritii instantias contra confictam suam verba institutionis S. Cœnæ interpretandi regulam penitus penitusque prostravisse, Er habe sie völlig darnieder geleget/ daß er sich von der seite her keiner weitern exception zu besorgen habe/ jamjam gloriatur; quid nobis, tanto eruditio-*

ditionis apparatu non instructis, expectandum sit, inde
 intelligimus. At vincet, qvæ hactenus per Dei gratiam
 vicit, veritas, ut non præoccupati cunctorum animi
 agnoscant, qvid distent æra lupinis. Dn. D. Fabricium
 ulteriori veritatis defensioni, non sui qvidem aut do-
 ctorum, attamen simpliciorum ac infirmorum causæ,
 ne qvi fortè tali gloriatione in perniciosum errorem
 imprudentes seducantur, se non subtracturum esse, con-
 fidimus. Dn. Antagonistæ nostri conscientiam autem
 obtestamur, ut, concessa clementissimè conscientiæ
 libertate, qvam ipsi nemo invidet, sibi soli fruens, juxta
 qvæ dictum Christi Math. XIIIX. 7. ad se qvoqve perti-
 nere cogitans, errores suos, utut jamdudum ad nauseam
 usq; refutatos, multorum cum offendiculo in vernacula
 lingvæ disseminare infirmisqve fratrum nostrorum con-
 scientiis, sine omni ratione ac contra charitatem christi-
 anam, & in fide & in salutari praxi Ecclesiæ scrupulos
 injicere tandem aliquando desistat. Recordetur, qvæso,
 se gravem hujus rei rationem olim infallibili omnium
 nostrarum cogitationum, verborum, & actionum judicii
 futuro reddere teneri. Et, dum animarum cura ipsi de-
 mandata non est, nolit ipse, juxta Jacobi monitum, do-
 ctor fieri, sciens, qvod majus sumiturus judicium sit. In
 multis enim labimur omnes. Jac. III. 1. 2. DEus autem
 pacis atqve ordinis pacem largiatur turbatæ suæ Eccle-
 siæ, bonasqve in ea ac salutares Ordinationes conseruet.
 Det ipse Pater luminum omnibus illuminatos mentis
 oculos, & sanctus ejus Spiritus sanctificet nos omnes in-
 veritate suâ, propter unicum Salvatorem atqve Do-
 minum nostrum. Cui trinuni DEO sit Laus
 & Gloria sempiterna !

nde
am
im
am
do
ist,
rem
on-
gem
li-
sta-
ri-
am
ula
od-
li-
los
so,
um
dici
de-
do-
In
tem
de-
vet.
nis
in-
v



the scale towards document

Patch Reference numbers on UT

120

Serial No. T263

Image Engineering Scan Reference Chart

Universitätsbibliothek Rostock

) auch essen lassen / sind sie
der auch heilig lassen wer-
und seines Worts nicht
i auch lassen / die es noch
gt /) sie zeigen mit solchen
dheit und Narrheit / als
i / was Gottes Worts/
und Gewissen sey / und
i andern / und fallen alle
rum laß sie fahren / und
dich für ihnen.
obis quoque hactenus suffi-
, Dn. Antagonistam , cuius
Genitoris & ob propria me-
ristianos decente charitate
manitate iterum atque ite-
rimo, ex quo præconceptæ
, fonte obturato , omniqve
a hanc penitus consideret.
os in rei alicujus meditati-
o timore Domini atque a-
judiciis liberato ipsum fiat.
non nimium multi ! semper
ognitionem veritatis venire
idem, quale fatum haec scri-
habitura sit, facile & sine o-
ne possumus. Dum enim, se-
ntias contra confitam suam
e interpretandi regulam pe-
re , Er habe sie völlig darnieder
e her keiner weitern exception
iatur; quid nobis,tanto eru-
ditionis